

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Memoria Theologorum Wirtembergensium Pars I.]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309



JOANNES GAYLINGIUS, †
 primus Evangelii in Ducatu Wirtember-
 gico Pastor, Luthero σὺν ἡγεῖν, natus
 erat Ilsfeldæ Diœceseos Brakenheimen-
 mensis nobili pago, sub densissima Papatus caligine;
 Quo anno præcisè ignotum. Studiorum causâ peregrinatus
 Erfordiam primum, deinde & Witebergam
 adiit, ubi Luthero, ante exortum Evangelii Jubar, fa-
 miliaris factus, teste Epistolâ, ipsius Lutheri manu,
 An. 1518. ad Gailingium scriptâ. Excitato autem
 divinitus Herœ Luthero, patefactâque per eum Verbi
 divini Veritate, Gaylingius ei continuo adhæsit, atque
 Megalandrum pro Præceptore agnovit & coluit por-
 rò. Lutherus igitur & ipsum majori indies amore
 complexus, tandem sufficienter in Veritate instructum
 confirmatumque abs se dimisit, qui in Patriam Ilsfeld
 circa annum 1520. reversus, Evangelii doctrinam
 omnium primus in Wirtembergiâ tradere cepit. Hanc-
 que laudem & palmam retinet, quam sibi eripi passus
 non est unquam, sanctè (ut & Paulus Apostolus,) de hoc
 gloriatus, & Dei bonitatem prædicans. Famâ
 verò eâ de re increbescente, nomine & autoritate Re-
 gis Romanorum Ferdinandi, qui, Ulrico Duce in exi-
 lium acto, ditiones ejus tenebat, Gailingio non tan-
 tum silentium imponitur, sed & igni & aquâ in agro
 Wirtembergico interdicitur, additâ suspendii commi-
 natione,

A

† Claruit 1525. Obiit 1559.

natione, si quidem parere detrectaret. Quod cum Princeps Udalricus, qui Soloduri in Helvetiâ tum versabatur, comperisset, Virum, quorundam Nobilium, præcipuè Dominorum de Gemmingen, inventu, ad se vocatum in Præconem Aulicum adiecit. Inde tamen recuperandi Ducatus sui causâ in Hassiam ad Philippum Landgravium digressus, Gailingium tantisper à se dimisit, qui Heidelbergam à septemviro Ludovico accersitus A. 1525. Dionysium Melandrum Senatui commendavit. (a) Eodem anno cum aliis Sueviæ Theologis Congregationi isti, cum Syngramma conscriberent, Oecolampadio missum, interfuit. Exactis ibi aliquot annis à Georgio, Marchione Brandenburgico desideratus, Onolzbachii aliquandiu docuit. Unde discedens venit in Feuchtwangen, ibique Ecclesiæ Dei per tempus præfuit. Exin in Patriam se recepit, ubi Ecclesiæ Weinspergensis præfectus eo in loco 17. integris annis permansit, donec tempore Interimistici dogmatis, (in quod consentire noluerat,) expelleretur. Maximo igitur cum Auditorum cordolio patriâ secundâ vice extorris Leossteinium secessit. Sublato tamen brevi post decreto Cæsareo, à Christophoro Duce, primò Beilsteinium, deinceps Bottwariam An. 1552. ut errantem confusamque oppidi Ecclesiam componeret, revocatus est. Ex conjugē Anna Maria Erhardtin, Ulmensi, filium genuit cognominem, Ilfeldensis Ecclesiæ Pastorem, & filiam Saram, Johanni Assum, SuperIntendenti Hohenloico, celebri Theologo, nuptam. (b) Vir erat ob doctrinæ puritatem & Heroicum Spiritum tanto in pretio habitus,

(a) *Sekendorff. Lutheran. L. I. p. 243.*

(b) *Freib. Theatr. p. 702.*

bitus, ut honestissimæ passim Vocationes ad eum confluerent, multæque Ecclesiæ corvialium instar de eo certarent. Quamquam autem Georgius Fridericus, Marchio Brandenburgicus, alterâ vice illum ad Ecclesiastæ Aulici Munus expeteret; Comes quoque Hohenloicus Oeringam literis perhonorificis invitâset; Ipse tamen ætate jam gravior in Patriâ & nidulo suo emori maluit, oblatasque functiones modestè deprecatus est. Satur vitæ à Domino Jesu, pro quo & sanguinem fundere paratus fuerat, ad æternam requiem translatus est d. 27. Febr. 1559. cui Johannes Eßthoferus, Collega & Diac. ex Dan. XII. parentavit.

Hæc partim ex literis J. Gailingii, filii, ad J. Assum, Superint. Hohenloicum scriptis; partim ex relatione manuscriptâ Germanicâ, M. Joannis Kartneri, Pastoris olim Ilfeldensis, qui ea ex schedulis ab optimo Senne in Ecclesiâ Ilfeldensi relictis, collegerunt. Non contracta in ordinem redeimus.

CONRADUS OETINGERUS, Illustrissimæ Wirtembergiæ Ducis Ulrici Concionator Aulicus, Pforzheimii in Marchionatu Durlacensi natus, (a) Salutaria circa reformationem hujus Ducatus consilia fovit, anno 1535. Biennio post juxta Erhardum Snepsium B. D. Principis suis mandato ad Conventum Theologorum Smalcaldiæ se contulit, & Articulis propriâ manu subscripsit. (b) Reversus, supremum diem obiit, circa Annum 1540.

JACOBUS PFEFFINGERUS, *Parochus Zabergoviæ-Hufanus, Brackenheimensis Inspectionis; Natus fuit Basileæ A. C. 1486. Literarum & religionis gratiâ

A 2

(a) Aug. Brunii lib. syn. p. m. 36.

(b) Vid. Libr. Concord.

Star. 1528. Nat. 1486. Obiit. 1583.

tiâ anno ætatis 13. Romam peregrinatus est. Rever-
sus primò in oppidulo Owenfi, deinde Wilenfi prope
Kirchemium sub Teck Sacrificulum egit, quemadmo-
dum etiam in Wolfenweiler propè Friburgum. In-
de in Saxoniam venit, ubi audito Luthero Evangeli-
cam Veritatem agnoscens, duodecim annis verbum Dei
prædicavit passim. In Wirtembergicum Ducatum ab
Illustissimo Duce Ulrico revocatus, Schorndorffæ pri-
mum, mox Husæ in Zabergoviâ; ulterius An. 1540.
Saxenhemii, Anno 1542. Wimpinæ; & Wormatiæ
Anno 1556. docuit. Illinc Husam rediit Anno 1560.
ibique perseveravit usque ad suum obitum. Uxores
habuit duas; Prior fuit nobilis Monialis ex familiâ
Spiegeliorum de Walbach. Hanc duxit Anno 1522.
ex Monasterio Zimmern in Rieff prope Nördlingam.
Posterior fuit Catharina, Eppingâ Badensis, ex quâ
suscepit Josephum & Agnetem. Erat soror conjugis
M. Leonhardi Engelhardi, Pædagogarchæ Stuttgar-
diani. Ipse Vir fuit Luthero, Erasmo, Zaslo, Phi-
lippo Melanchthoni & multis aliis literatis notus. Obiit
Anno 1583. d. 17. Augusti tribus tantum annis cen-
tenario minor; juxta relationem Godofredi Thum-
mii, Successoris ejus in officio, qui multos Patres ab
ipso dono accepit. Cui hæc de Pfeffingero debemus.
L. Engelhardus ei in hunc modum parentavit.

*Lapsa meæ vitæ cum ter sex lustra fuissent,
Insper & lapsus septimus annus erat.
Commisi moriens animam tibi, Christe Redemptor,
Commisit proles mortua membra solo.*

Ex Chron. G. Thummii Manu-
scripto,

Martinus

MARTINUS CLESSIUS, *SuperIntendens & Pastor ad D. Leonhardi Ecclesiam, quæ est Stuttgartiæ, & Consistorii Ducalis Adfessor, mundum subiit Uhingæ, Diœceseos Göppingensis pago, Anno 1491. Literis cùm aliquandiu incubuisset Sacerdos in Templo Göppingensium Superiore, quam Oberhoffen etiamnum vocant 1516. factus, & aliquantò post Leobergæ, tredecim annis in istis oppidis Pontificios errores docuit. Anno autem 1529. orienti Veritati cedens Religioni Papæ renunciavit, & Biberacum ad Pastoris Evangelici Officium vocatus abiit. Inde ab Illustrissimo Duce Wirtembergiæ, Ulrico, in patriam revocatus 1534. ab initio Pastorum Göppingensem usque ad annum 1543. cum SuperIntendentis Munere; deinceps verò Cantstadii ejusdem generis spartam administravit, usque ad annum 1547. quo propter doctrinam Interimisticam, à se repudiatam, loco motus; sed tamen anno 1548. Stuttgartiam ad D. Leonhardi Parœciam traductus fuit, additâ SuperIntendentis & Adfessoris in Consilio Sanctiori dignitate, quam ad obitum usque tenuit. (a) Voto matrimoniali se junxit Apolloniæ, D. Matthæi Aulberi, Antistitis Ecclesiæ Reutlingensis, dein Stuttgartianæ, filiæ, quæ octavam ei prolem peperit. E filiis natu tertius, Martinus, Abbas Regiofontanus & Anhusanus Evangelicus evasit. (b) Ipse juxta Epitaphium, quod Thomas Nao-Georgus ejus in Officio Successor, qui ad Calvinianum dogma tandem deflexit, versu comprehendit, Confes-

A 3

forem

* Clar. 1528. Nat. 1491. Obiit. 1552.

(a) Vid. Conc. Fun. Joh. Jac. Clessio, Pastori Synadelph. habitæ. p. 19. 20.

(b) Conc. Fun. Davidi Clessio, Speciali Marggröningensi habitæ.

forem Veritatis eximium se præstiterat, exilium, fugas
& magna rei familiaris damna ob illam perpeffus.
Spiritus suum Deo reddidit, d. 13. Augusti 1552.
ætatis 61. Ministerii Evangelici. 22. juxta Epita-
phium 32. (c)

(c) Aug. Brunnii lib. syn. p. 103.

Inscriptio Epitaphii in Templo ad D. Le-
onhardum, è regione suggestus
suspensi, talis est:

*Filii quatuor & mater, Patre tot quoque NATÆ,
Commendant Christo membra sepulta Deo.*

Livore ejus lanati sumus. Es. 53.

Sanguis JESU Christi Filii Dei emundat
nos ab omni peccato. 1. Joh. 1.

Epitaphium

Reverendi Viri, Pietate, Virtute & Do-
ctrinâ Excellentis D. M. Martini Clessii,
Uhingeri, Ecclesiæ hujus apud Leon-
hardum Ecclesiastæ Vigilantissimi, &
Illustrissimi nostri Principis Consilia-
rii Dignissimi, pie in Christo defuncti
XIII. Augusti Anno M. D. LII. & sepul-
tante Cathedram.

Hæc

Hæc
N
Ille
A
Qui
I
Mus
E
Imm
E
Qui
S
Dile
A
Hæc
Q
Fess
M
Terre
P

C
Insta
Con
Wirt
Evan
ciska

* * *

Hæc ut cognoscas, paulum subsiste Viator,
 Nunc quamvis aliò Te tua Cura vocet.
 Ille hic Martinus situs est, cognomine Clessus,
 Moribus ingenuis Et pietate nitens.
 Qui Christi Præco triginta sedulus annos
 Insuper Sbinos laude vigente fuit.
 Munere quo fungens multa est perpeßus acerba
 Exilia, atque fugas, damnaque magna rei.
 Immotus tamen in cunctis, constansque remansit,
 Et verum est semper ritè secutus iter.
 Quin alios etiam studiis quos vidit eisdem
 Sectari Christum, diraque multa pati,
 Dilexit, fovit, juvitque favore, ciboque,
 Atque alibi gratum fecit habere locum.
 Hæc demum sedem post nactus in Urbe quietam est,
 Quâ tamen haud annos quinque frui licuit.
 Fessus namque labore pio, tristisque senecta
 Morboque haud uno corpus edente senis.
 Terras deseruit, sedesque petivit Olympi,
 Præmia justa manens judicii que diem.

T. N.

CONRADUSSAMIUS, *Pastor Brackenheimensis,
 dein summi Templi apud Ulmenfes Concionator
 Instantibus indefinenter Civibus 1524. vocatus fuit ad
 Conciones Evangelicas, cum Brackenhemiâ ex Ducatu
 Wirtembergico à Pro-Rege Ferdinandi ob doctrinam
 Evangelii pulsus esset. Ulmæ igitur primò in æde Fran-
 ciscanorum, dein & in templo maximo, (quod Mona-
 sterium

A 4

* Clar. 1528. Obiit. 1533.

Memoria Theologorum

sterium, vulgò Münster, nominant,) Conciones habuit, ita tamen, ut & Pontificii in eodem templo docerent. Crescente verò Evangelicorum Numero, Samio Johannes Diepholtus, & tres alii coadjutores dati sunt. Ex Monachis quosdam immodestiores & vitæ probrosæ reos senatus urbe eiecit, interque eos quendam, qui cum à Samio ex Scripturis in Colloquio coram senatu urgeretur, dixerat: Si omnia in Scripturis continerentur, monstrari debere: Num in iis extet, quod Ulma sit Urbs? (a) Cæterum Abr. Seultetus Samium Zwinglii sententiam de S. Cœnâ Ulmæ docuisse memorat, (b) de quo tamen non immeritò dubitamus. Samium enim Luthero familiarem dilectum, que fuisse ex Epistolâ Lutheri Consolatoriâ d. 1. Octobris 1520. ad eum datâ constat. Deinde Martinus Frechtus ipso Authore (c) Ulmam invitatus venit, An. 1528. qui Lutheri sententiæ fuit addictissimus; Unde & Samio fuit surrogatus post ejus obitum, qui in Annum 1533. incidit. (d)

ERHARDUS SNEPFIUS, * SS. Theol. D. & Professor, celebrem ad Nicum Imperii Civitatem Heilbronnâ patriam nactus 1495. d. 1. Novembr. Patrem Virum Consularem; studiis à Matre, pia Matronâ, sacratu Erfordiæ Justum Jonam, Eobanum Hessum & Joachimum Camerarium audivit, seque postmodum Heidelbergæ Jurisprudentiæ applicuit. Cum autem ex Lutheri dogmate luce

(a) Seckendorff. Libr. I. p. 242.

(b) Anal. p. 40 seqq. apud Seck. lib. II. p. 64.

(c) Freherus. p. 171.

(d) Seckend. Libr. III. p. 18.

* Clar. 1530. Nat. 1495. Obiit. 1558.

Wirttembergensium Pars I.

uce Evangelii veteres tenebras dispulisset, ægretan-
dem à Matre ad Theologica revocatus est. Quo fa-
cto, Weinsbergæ, ditionis Wirtembergicæ Oppido,
Evangelium docere cepit. Inde pulsus, sub patrocínio
Gemmingiorum (quorum splendidissima inter liberos
Equites Sueviæ in Creichgoa familia est) Guttenber-
gæ concionabatur; Paulo post circa annum 1523.
Wimpinam Imperialis Libertatis Oppidum translatus,
exorto Anno 1525. Rusticorum tumultu, à malè fe-
riatis illis in Concionatorem Castrensem expetebatur,
nec nisi matrimonio inito extricare se potuit. Biennio
elapso Weilburgi, in Comitatu Nassovico, Pastorem &
Reformatorem egit Evangelicum, vocatus exinde brevi
ad Professionem Theologiæ Marpurgensem, & ex
hac 1535. à Wirtembergæ Duce, Ulrico, Stuttgar-
diam, ad Generalem Superintendentiam Ecclesiarum
totius Ducatus, & Pastoris in Xenodochio Munus, ubi
simul inferiorem Regionis districtum reformare cepit.
Anno 1543. post obitum P. C. Phrygionis, Tubin-
gam ad Theologiæ Professionem & Inspectionem Du-
calis Stipendii supremam traductus, insequente Anno
gradum Doctoris adsumsit. Quadriennio tamen ea
in Statione nondum exacto, cum Interimisticam do-
ctrinam recipere noller, anno 1548. officium reliquit,
d. 11. Novembris habita concione Valedictoriâ, in-
vitissimus & magnâ civium copiâ, multisque lacrymis
eum prosequentibus, sed tanto tamen sub metu, ut
nemo præter Anastasium Demlerum, J.C. libros ejus
hospitari ausus fuerit, (vid. Call. Or. Theod. Sneyf ha-
bitam) in Academiam Jenensem venit, quam eodem
Professoris Theologici officio illustravit, usque ad
mortem. Conjugem duxerat Margaretham, Wur-

zelmanni, Consulis Wimpinenfis filiam, ex qua Theodoricum, Professore postea in Academia Tubingensi factum, & Blandinam, Victorino Strigelio, ex Flaciana controversia notissimo elocatam, suscepit. (a) Quid Wirtembergia illi debuerit, ipse recenset in Epistola ad Jac. Andreæ scripta d. 25. August. 1556. Verè, inquit, sed sine arrogantia gloriari possum, prima me pietatis fundamenta in hoc ducatu vestro jecisse, & fanaticis hominibus magnâ constantiâ obstitisse, ne errores inoleserent & publicè reciperentur. Quanto autem rudimenta hæc mihi labore, quantis sudoribus & periculis, in tantâ præsertim præpotentium adversariorum multitudine, constiterit, cor subinde meum mihi refricat, & æternum Deum testem habeo. Nemo verè initio inter nostros Aulicos erat, qui non vel Papissimum pertinaciter propugnare, vel fanaticis opinionibus negotium mihi aliquâ saltem ex parte summâ animi obstinatione constituisset. Paulò post se parentem Wirtembergiæ, qui eam per Evangelium in Jesu Christo regenerârit, nominat; vid. Fam. Andrean. Reflor. Append. Epla. 6. Erat Theologus, qui Sapientiâ, doctrinâ variâ, & exquisitâ eloquentiâ, singulari animi magnitudine & constantiâ laudatissimâ in defendenda & propaganda puriore doctrina, excelluit. (b) Facundiâ tantâ, ut cum admiratione & attentione summa auditus omnium in se oculos & animos converterit, Auditores quasi attonitos reddiderit, ac plerumque fatis prolixas habens Conciones, Auditorium sine tædio dimiserit. Interfuit Conventui Augustano 1530. & Smalcaldico 1537. nec non Colloquiis, quot

(a) Melch, Adami Vit. Theol. p. 154. sqq. edit. nob.

(b) Eberh, Bidembach. Tom. II, Opp. Brentii in Præf. ad.

quot
prim
Conv
Nem
gusta
cong
Inter
gereb
quis
nio m
prob
Theo
falsò
auth
& Pr
Ex
mos
de P
præ a
nus &
Ulric
Conc
gred
rit.
Nata
Mini
Tem
indic
Rect

quot ejus ætate de Religione fuerunt instituta , imprimis Ratisbonensi 1546. & Wormatiensi 1557. de Conventu Augustano memorabilis est ejus relatio. Nemo, scribit ille, tùm omnium eorum, qui Augustanæ Confessioni adjuncti, & in hunc deliberantium congressum admissi erant, cum Zwinglianis sensit. Interfui enim & ipse, & pars quædam eorum, quæ gerebantur, quanquam nullo meo merito fui. Ne quis me referre ab aliis audita existimare, & testimonio meo idcirco pondus detrahere possit, (c) Id quod probè notandum contra illos, qui primos Aug. Conf. Theologos, à Cingliano dogmate non abhorruisse falsò gloriantur. Marpurgi tantam consecutus erat auctoritatem, ut Landgravius plurimum eum amaret & Principem ob constantiam esse oportere diceret. (f) Ex scriptis ejus eminet Commentarius in Psalmos, juxta Quenstedtium aureus, vid. Dial. de Patriis Ill. Virorum p. m. 166. E discipulis ejus præ aliis in hoc Ducatu inclaruerunt Jacobus Beurlinus & Jacobus Andreæ, quem cum Illustrissimus Dux Ulricus in arce sua Concionantem audivisset, finitâ Concione dixit ad suos: Undecunque hic pullus progrediatur, certum est, quod Snepfus illum excluderit. (d) Obdormivit ille placidè in Domino ipso die Natali suo d. 1. Novembr. 1558. ætatis 63. (e) Ministerii 38. Maximo honore & moerore in summo Templo Jenensi sepultus. Funus summis Viri elogiis indicante Philippo Comite Nassoviensi, Academia Rectore, (f)

Scripta,

(c) Snepf. Conf. de Cæna.

(d) Vid. Or. Fun. Jac. Andr. p. m. 6.

(e) El. Reusneri Isag. Hist. p. m. 663.

(f) Cellii Orat. Theol. Snepfio hab. lit. C.

Scripta.

Commentarius in Psalmos in Academia Tubingensi publicè prælectus. Tubingæ. 1572. in 4.

Refutatio Majorismi. 1575. 4.

Epistolæ sex ad Jacobum Andrea, extantes in Famâ Andream Reslorescente, Argentor. 1630. 12.

Bedencken auf die vorgeschlagene Vergleichung in Religions - Sachen so auf dem Reichstag solle gesucht werden / Anno 1544. d. 7. Octobris, manuscriptum.

Confessio d. S. Eucharistia Francofurti 1577. 8. Germanicè 1580. per Mart. Fabrum.

Confession in strittigen Glaubens. Articuli. 1540.

Cyanea Cantio, oder letzte Predigt zu Jena gehalten ex Matth. 22. Tub. 1578. 4.

Bedencken wie ein Concilium zu halten / Anno 1541. manuscriptum.

PAULUS CONSTANTINUS PHRYGIO, * Germanicè vulgò dictus der Costanher. S. Theologiæ Doctor & in Academia Tubingensi Professor, eandem cum B. Rhenano & Martino Bucero Patriam habuit, Selestatium, nobile in Alsatia superiore Oppidum. (a) Ex quo literis mediocriter imbutus Basileam venit, totumq; se Historiarum & Theologiæ studio dedit, cujus tandem Doctor & Professor ibidem renunciatus, Ecclesiæ ad D. Petrum Pastor Evangelicus omnium iprimus constituitur, Anno 1529.

(a) Quenstedt de Patriis Viror. Illust. p. 150.

* Clar. 1530. N. - - Obiit, 1543.

1529. Postea restituto in Patriam Duce Wirtembergico, Ulrico, ad Academiae Tubingensis Reformationem & Professionem Theologiae primariam honestissimo salario invitatus Anno 1535. Stipendii Theologici Superintendentiam primus juxta Leonhardum Fuchsum Medicinae Doctorem, & Hieronymum Gebhardum Magistrum Domus, Collegas gessit. Anno 1539. cum Erhardo Snepio ad Colloquium Noribergense deputatus est. Seckend Libr. III. p. 205. Filium genuit cognominem, Serenissimi Ducis Ludovici Archiatrum factum. (b) Filiam vero Monialem olim Augustae, dein Michaeli Maßlino, Parocho Uhingensi, celebris illius Mathematici parenti nuptam, elegantis formae foeminam. Ipse Theologus erat doctrina & pietate insignis; qui non tantum Theologicis, sed & Historicis scriptis suo tempore inclaruit. Legem mortalitatis explevit Anno 1543. d. 1. Aug. Epitaphium ejus exstat Tubingæ in Templo primario, (c) hujusmodi elogio ornatum.

D. O. M. Sacrum.

Paulus Constantinus Phrygio Theologus, Calendis Augusti Anno MDXLIII. Mortalis esse desiit. Jamque per Servatorem Jesum, cujus Evangelium ille in Scholis & Sacris Concionibus ardentissimo

(b) Erb. Cellii Or. Fun. Juniori Brentio hab. p. 61.

(c) Melch. Adami Vit. Germ. Theol. p. m. 46, edit. nos. in fol.

dentissimo semper studio docuit; Inter beatos vivit Immortalis, (d)

(d) P. Fieb. Theatr. Ill. Vir. p. 116.

Scripta.

Chronicon Regum Regnorumque omnium.
Tractatus de Causâ Bohemicâ,

Commentarius in Exodum.

Commentarius in Leviticum.

Commentarius in Micheam.

De instituendo Concilio Judicium, vernaculo sermone
manuscriptum 1540. 12. Febr.

VALENTINUS VANNIUS, * sive Wanner, primus Evangelicæ Religionis in Monasterio Maulbronnensi Abbas, Generalis SuperIntendens, non, (ut Clarissimus Serpilius habet, (a) Ulmæ Suevorum, sed Beilsteinii, Wirtembergicæ ditionis oppidulo natus, docente id vitæ cursu, quem ab ipso Vannio scriptum exhibet Godofredus Thummus. (b) Theologicis studiis eo cum successu operam navavit, ut primò Cisterciensium Ordini Maulbronnæ Nomen daret, atque Monasticam profiteretur. Deinde verò scriptis Lutheri permotus, ordine deserto (c) puram Evangelii doctrinam magnâ diligentia, Zelo & constantia, variis in locis docuit. (d) Et quidem ab initio in civitatulâ, Leonstein, ut Pastor & Sacellanus,

* Clar. 1530. Obiit. 1567.

(a) Epitaph. Sueb. p. m. 68.

(b) Chronic. Manuscript.

(c) Fecht, Supplem. p. 55.

(d) Matth. Hefner. in Or. Fun. Stephan. Gerlach, p. m. 12.

nus,
An.
milli
noris
juge
ptias
cum
153
lio, S
Jacob
renis
ratio
Past
Eccle
catus
Præp
mate
Eccle
Snep
(g) C
mula
Jo. C
Geor
anim
ta De
cup
cum
Exem

(e)
(f)
(g)
(h)

nus, sub Comitibus Friderico & Ludovico, à quibus An. Chr. 1532. die Sabbathi, post Pentecosten, dimissionem cum literis testimonialibus perquam honorificis impetravit. Eodem anno primam duxit Conjugem Margaretam, quâ cum feriâ Petri & Pauli nuptias celebravit in Seuchtwangen. Inde Culmbacum vocatus, Ecclesiæ ibidem usque ad Annum 1535. intervūt, quo dimissione à Johanne Schnabelio, SuperIntendente, die Lunæ post ferias Philippi & Jacobi, acceptâ, in Patriam suam Beilstein rediit, à Serenissimo Wirtembergiæ Duce, Ulrico, post recuperationem Ducatus, à Cæsareanis hæcenus possessi, ad Pastoratum, exactoque ibi sesquianno An. 1537. ad Ecclesiasticam Pastoris Backnangensis functionem evocatus; (e) ubi inter alios Johannes Magirus, postea Præpositus Stuttgardianus, ipsius Ministerio baptis- mate iniuiatus fuit. (f) Anno 1538. Stuttgardiam ad Ecclesiastæ in Xenodochio Munus promotus, Erh. Snepsum & reliquos in opere reformationis adjuvit, (g) Cum autem An. Chr. 1548. Dux Udalricus formulam Interimisticam recipere teneretur, Vannius Jo. Offterdingero, Ecclesiæ Stuttgardianæ Decano & Georgio Schnizero, Principis iussu adjunctus fuit, ut animos Ministrorum Ecclesiæ sollicitaret: Num juxta Declarationem Imperialem Ecclesiis suis inservire cuperent? (h) At vero Vannius cothurno Interimistico cum aliis voce & scriptis contradicens, suomet Exemplo docuit, quid reliquorum officii esset?

lis.

(e) Manuscriptum cit.

(f) Magir. Conc. Fun. AT. Lottero hab. pag. 26.

(g) Sekend. Hist. Luth. Libr. III. p. 123.

(h) Fama Andr. Ref. p. m. 26.

lisdem deliberationibus cum quoq; Nobilis Vir, Joh. Theodoricus à Plieningen, pius Consiliarius, adhiberetur, postquam vidit, quò res evaderet, & ad detrimentum Ecclesiarum Ducatus Wirtembergici cederet, pedem revocans, nequaquam amplius his actionibus interesse voluit. (i) Vannius itaque Pastoratu motus, sedatis Interimisticae Religionis tumultibus anno 1550. Cantstadium ad Pastoris & SuperIntendentis Ecclesiarum Officium traductus, An. 1552. cum Jo. Brentio & reliquis Tridentum ablegatus fuit, ut Confessionem Wirtembergicam Concilio exhiberet, eamque defendere juvaret, (k) Tandem An. Chr. 1558. d. 19. Januarii, Abbas Cœnobii Maulbronnensis electus & confirmatus, Evāgelicam doctrinam commendatis fidei suæ Adolescentibus dexterrimè instillavit. Anno 1563. liberationem à Synodorum Visitatione & Inspectione licet ægrè impetravit. An. 1564. Colloquio de S. Cœnâ & omnipræsentiâ humanæ Christi Naturæ, in præsentia Electoris Palatini & Christophori, Wirtembergiæ Ducis, instituto adfuit. Amisit à jam An. 1548. Stuttgardiæ primâ thalami consortē, ex quâ sedecennio quinquies Pater erat factus, nimirum 2. filiorum & trium filiarum; Alteram sibi junxit Annam Rieleriam, Ulrici Majeri, Viduam, quæ 1557. in Vigilia Petri & Pauli diem quoque suum obiit. (l) Theologus ipse fuit, J. Andreae Diaconi Collegæ illius testimonio, reverendus & doctissimus; (m) A. Osiandro teste, ob profunditatem doctrinæ & constan-

(i) Fam. And. l. c.

(k) Fecht. Supplem. p. 56.

(l) Manuscriptum.

(m) F. Andr. p. 11.

constantiam in edendâ Veræ Religionis Confessione,
aliasque Virtutes eximias, sempiternâ Memorîâ
dignus; (n) scriptis contra Librum Interim istum &
de Missâ contra Johannem Fabri celeberrimus. (o) Se-
nio confectus beatè obdormivit in Domino A.C. 1567.
d. 27. Augusti. Sepultus in Templo Maulbronensi.
Imaginem Viri exhibet Pantaleon Prosop. P. III. Vi-
tam aliquatenus, sed inverso quantum ad spartas ordi-
ne & brevissimis recenset Dominus Fechtius, Theolo-
gus Celeberrimus. Nicodemus Frischlinus in De-
scriptione Monasteriorum Wirtembergiæ de illo sic
canit:

*VANNIUS ætheriâ Vir præstantissimus Arte,
Dotibus Ingenii maximus, ore pius.
Pabula qui sancto cælestia Doctor ovili
Præbuit, & vivo pane cibavit oves.
Quique renascentis divina Oracula Verbi
Asseruit calamo, vocibus, ore, manu.
Sanctæque Victricis mandavit dogmata chartis,
Grande quibus longo tempore nomen erit.
Nuper & immisso prostravit fulmine Missam
Cœlitus, inventum, frivola Roma, tuum.
Vannius hic nostris postquam digressus ab oris,
Militiæ ad Superos transfudit arma suæ: &c. (p)*

B

Scripta.

(n) Or. Fun. Jo. Magiro hab. p. 7.

(o) Fecht. l. c. & Aug. Brunin Lib. Syn. p. 140.

(p) Libr. IV. Eleg.

Scripta.

Bedencken/was von der Meß zu halten/ 1555.
8. 1557.

Historia von der Meß in zwey Theilen / wider Jo-
hannem Fabri, Tübingen/ 1557. 1567. 4.

De Scriptis ejus conferatur Biblioth. König. p. m. 830.
quitamen in nomine hallucinatur, Vaelrium pro Va-
lentino nominans vid. Serpil. loc. cit.

Sylva locorum Communium Theologorum Argentora-
ti. 1563. 8.

Epistola ad Jo. Marbachium ap. Fecht. Epl. Theol. P. I.
p. 5.

AMBROSIIUS BLAURERUS, * Constantiæ An-
no 1492. d. 4. Aprilis nobili familiâ natus, Tu-
bingæ literis operam dedit, factus ibi Baccalaureus &
Magister. (a) Monasticam deinde suscepit in Cœnobio
Alpirspacensi. Lectis verò Lutheri libris alium induit
animum & post multam similitudinem relicto sodalicio
revertit ad Parentes & propinquos. Abbas igitur
per Württembergiæ, quam Ferdinandus Austriacus
tūc possidebat, Præfectum, interpellat Senatum Con-
stantiensem, ut Blaurerum ad Ordinem suum redire
cogant. Blaurerus è contra edito scripto rem omnem
actam commemorat, & conditiones proponit, quibus
vellet redire. Sed hæc tales erant, ut repudiante illas
Abbate Constantiæ permaneret ille, ibidemque rin-
gentibus frustra Canonicis Evangelium doceret,
quod factum circa Annum 1523. (b) Postea celebri
Dispu-

* *Clar. 1530 N. 1492. Ob. 1567.*

(a) *Vid. Ebinger in Or. de Tübingæ. p. m. 22.*

(b) *Sleidan. Comment. de Rel. Libr. IV. p. m. 93. b.*

Disputationi inter Zwinglium & Pontificios An. 1528. institutæ interfuit, quam etiam typis evulgavit. An. 1531. ab Ulmenſi Senatu cum Oecolampadio, Bucerō & aliis Zwinglianarum partium Viris, aut ab eis non multum alienis, ad reformationem Ecclesiæ peragenda accitus. Iisdem temporibus Ecclesiam Eſſingenſem reformavit, ibique Ministros Ecclesiæ constituit, qui tamen exorto de S. Cœnæ doctrinâ tumultu iterum fuerunt eješli. (c) Anno 1535. verò à Duce Würtembergiæ Ulrico evocatus Academiam Tübingenſem & Superiorem Ducatûs districtum, junctis cum Erh. Snepſio consiliis operisque reformavit, primamque d. 2. Septembr. Concionem Evangelicam Tübingæ habuit. (d) Eodem anno d. 28. Maji in Arce Tübingenſi jussu Ducis Ulrici, juxta Mart. Bucerum & Frechtum colloquium habuit cum Casp. Schwencfeldio, præsentibus Consiliariis, Johanne Hartero, Friderico Thummio, Schwencfeldii Affine, & Simone Grynæo. Quamquam autem Schwencfeldius Blaureri Assensum efflictim expeteret, ille tamen Schwencfeldium ut noxium hominem, Pædobaptismi Contemptorem & Schismatis in Ecclesiâ Authorem constanter abominatus est, ut vel ex iis literis & Documentis, quæ in favorem Schwencfeldii G. Arnoldus edidit, colligere licet. (e) Cùm verò Blaurerus Zwinglio aliisque Helvetiorum Doctoribus Reformatis assentire videretur, Snepſius è contra Lutheri sententiam de Cœnâ Domini teneret, Ulrici Ducis interpositione diffidium inter eos compositum fuit, datâ à Blauro

B 2

Syngra-

(c) *Seckendorff Hist. Luth. libr. 3. p. m. 18.*(d) *Seckend. l. c. p. 123.*(e) *Supplem. Histor. Eccl. p. m. 159. 162. 169. seqq.*

Syngraphâ, in quâ professus fuit : Se verba institutionis Christi ita intelligere, ut eorum virtute (Bermög dieser Worte :) corpus & sanguis Domini veré, i. e. substantialiter & essentialiter, non autem quantitative & localiter in Cœna accipiat & detur. Sparfus itaque de eo rumor, illum recantâsse. Verum is publico scripto se postea defendit. Interea utcunque compositâ lite reformatio peracta, & Missa in die Purificationis per universum Ducatum abrogata. Dimissus tamen fuit bonâ cum pace Blaurerus & reliqua Snepsius perfecit. (f) An. 1537. Conventui Theologorum Smalcaldiæ præsens libello Melanchtonis de Papatu subscripsit, & sententiam moderatam dixit *περὶ τῶν μυστηρίων*, nec tamen satis explicatam. (g) Anno 1539. Augustam Vindelicorum, Authore Conrado Stierlin, plebejo Ecclesiæ Præposito, religionis conformandæ causâ se contulit, ibique Conciones in Templo Mauritiano habuit vehementes, contra luxum mundi muliebris & pro inducendâ excommunicatione. Verum Wolfgangi Rehlingeri, Consulis, jussu iterum discessit. Ejus monitu Senatus Augustanus gazophylacia in stipem advenis & Scholasticis tenuioribus erogandam constituit. (h) Eodem anno Conventui Francofurtano interfuit, ideoque ex Civitate Constantiensi ad Colloquium Norimbergense cum Johanne Zwiccio deputatus, illorum Theologorum unus fuit, quibus Evangelica causâ tunc nixa fuerat. (i) Cæterum cum Calvinianis Doctoribus commercium

litera-

(f) Seckendorff, *Hist. Luth. P. III. p. 123.*(g) *Ibid p. 153.*(h) Melch. *Adami Vita Theol. p. 198.*(i) Seckend. *Lib. cit. p. m, 205.*

litera
quan
don
lit,
prop
atque
fit su
Epig
Blau
Q
Illius
Vo

CE
Ger
Z
Don
be
Zwe
v
be
no
Geis
ei
Z
Epist
ap

literarium habuit frequens & Calvino quaestionem aliquando movit de relapsis. Tigurinorum certe candorem, humanitatem & modestiam magnopere extulit, in Lutherum vicissim iniquior. (k) An. 1548. propter Interim Constantiae receptum patriam reliquit, atque sub finem vitae in Helvetiâ delituit, diemque clausit supremum A. Chr. 1567. ætatis 75. (l) Extat de eo Epigramma honorificum:

*Blaurerum agnoscit Civem Constantia clarum
Qui Monachus primum, qui Sacra deinde colit.
Illius Ambrosium pia Vox spirabat Odorem,
Vox Christi, miseris ipse salutis Odor. (m)*

Scripta Blaureri.

Eine Predigt zu Bern gehalten / samt den *Actis*
der daselbst gehaltenen Disputation, 1528.
Send-Brieff an die Gemeinde zu Costanz / vom
Trost in trübseeligen Zeiten / Anno 1532. 8.
Von dem Widerruf des Sacraments / des Leibes
und Bluts Christi / Tübingen. 1535. 4.
Zwey Send-Brieff an Hans Conrad Thummen
von Neuburg / Erb-Marschallen in Württemberg /
Schwenckensfelds halben geschrieben / Arnolds.
Supplem. l. cit.

Geistl. Schatz / das ist heilsame Betrachtung / wie
ein Mensch Christlich leben und sterben solle /
Zürch / 1566. nnd 1612. 8.

Epistola ad Wolffgangum Musculum Scripta An. 1544.
apud Fecht. P. VIII. p. 813.

B 3

GEORGIUS

(k) Fecht. *Supplem. p. 264* & *Epistole Theol. p. 813.*

(l) Freh. *Theatr. p. 213.*

(m) Melchior, *Adam loc. citat.*

GEORGIUS HALA, * Baruthensis, natus erat An. C. 1495. Studiis ubi sedulam navasset operam, ante bellum Smalcaldicum Pastor Evangelicus in oppido Ducatus Wirtembergici notissimo, Waiblinga, post Leonhardum Wernerum, primum ibi Verbi Divini Ministrum à B. Snepsio ordinatum, constitutus est. Inde propter Interimisticam Doctrinam secedere coactus, venit in Misniam, ubi, juxta A. Brunnium, (a) aliquot in locis celebribus, utpote Zwicciae, Cizæ & Lipsiæ egit Ecclesiasten. Juxta H. Pippingium (b) verò Pastor Sonnewaldensis fuit, ex quo A. 1541. Diaconus Lipsiensis An. 1549. Pastor ad D. Thomam ibidem factus, quo pacto hæc possint conciliari equidem non liquet, nisi fortè Hala ex Diaconiâ Lipsiensi post annum 1541. demum in Wirtembergiam vocatus, An. 1548, Zwiccaviam & Cizarn & An. 1549 Lipsiam ad Pastoratum modo dictum pervenisse dicendus sit. An. 1551. Confessionni Doctrinæ Saxonicarum Ecclesiarum Concilio Tridentino exhibendæ subscripsit. (c) Filios genuit unum cognominem, qui ex patriâ Wirtembergia, ubi per aliquot annos Scholæ & Ecclesiæ intersuit, in Comitatum Erpacensem missus, postea in Ducatum hunc rediit & Pastorem in Kleinen Heppach egit. Brunii testimonio Poëta non indoctus, & Jonathan ejus amicissimus per 56. Annos usque ad An. 1610. quo beatè obiit. Alterum Waiblingæ A. C. 1548. genitum, Oseam nomine, Francofurtensis Ecclesiæ ad D. Catharinam postea Ministrum, qui An. 1611. expiravit,

(a) *Lib. Synopt. p. 48.*

(b) *Pippingii Arcana Bibliothecæ Thomane Sacra, p. 121.*

(c) *Pipping. i. c. p. 66.*

vit. Ipse Pater Georgius Hala Augustini Brunnii Promotor & Patronus fuit, cujus commendatione in Wirtembergiam venit. Legem mortalitatis explevit, d. 13. Januarii, An. C. 1565, ætatis 75. (d)

Scripta.

Bedenken von Haltung eines Concilii, An. 1541.
d. 15. Februar. aufgesetzt.

Consilium de Concordiâ instituendâ & Componendo diffidio Religionis. An. 1544. vernaculo sermone. Utrumque scriptum non minus moderatum, quàm cordatum.

JOHANNES BRENTIUS, * Præpositus Stuttgardianus Evangelicorum primus, natus est Wilæ, oppido Sueviæ Imperiali in meditullio Wirtembergiæ sito, Anno 1499. d. 24. Junii, Patre Martino Brentio, oppidi illius annis 24. Prætorè, Matre Catharina Henichia. Ætatis anno undecimo Heidelbergam in Scholam trivalem est missus, postea Vaihingam concessit, ubi scholam regebat Magister Johannes Schmidlinus famâ clarissimus. Anno ætatis 13. Heidelbergam rediit, ubi biennio post Baccalaureus creatus est, & Præceptoribus usus in artibus liberalibus Theobaldo Billicano, Johanne Knellero Imperatoris postea Caroli V. Consiliario, in Græcis Johanne Oecolampadio; in Hebræâ, Judæo quodam Hispano Mattha, qui baptizatus, & Medicinæ postea Doctor renunciatus fuit; in Theologiâ D. Petro Scheibenhard, D. Georgio Nigri & alio quodam D. Marco. Æquales in Studiis ha-

B 4

buit

(d) Brunniius l. c. & p. 118.

* Clar, 1530. N. 1499. Obiit, 1570.

buit Melanchtonem, Bucerum, Schnepffium, Frech-
 tum, aliosque. Ibi autem eximiis Studiis nocturnis
 malum sibi contraxit, quod per omnem adhæsit vitam,
 ut post noctem mediam parum aut nihil amplius dor-
 mire potuerit, unde horas postea illas insomnes piis
 attribuit meditationibus, quas, postquam surrexerat,
 in chartas coniecit. Creatus igitur ob omnium ferè
 disciplinarum capacitatem, Magister Heidelbergæ An-
 no 1517. ætatis 18. nec multo post Contubernii Re-
 ctor illic electus, quodlibetariam, ut vocant, propo-
 suit disputationem, & Summulas Petri Hispani, Sueton-
 nium, Græcam Grammaticam, Dialecticam & Home-
 rum triennio professus est. Deinde, lectis Lutheri Li-
 bris, Veritatem tùm densissimis tenebris involutam
 agnoscere & hinc ulterius motus Juvenis adhuc, cum
 Luthero conferre, ac publicè docere incepit, unde
 Theologorum sibi odium contraxit. Ut autem in su-
 scepio exercitio absque impedimento posset pergere,
 ibidem in Collegium Canoniorum ad Spiritum San-
 ctum est adscitus, & sacris initiatus, in Patriâ primi-
 tias celebravit, postea Heidelbergam reversus, aliquo-
 ties vices alterius pro Concione populari obivit, audi-
 toribus gratissimus. In Patriam verò revocatus An-
 no 1522. Halæ Suevorum Ecclesiastes constitutus,
 ætatis anno 23. docuit maximo cum fructu, reforma-
 tionisque eâ in urbe auctor fuit. Anno 1530. Comi-
 tiis interfuit Augustanis, ubi strenuè Lutheri doctri-
 nam defendit; cum autem utriusque partis Theologi
 familiariter inter se de Religionis Controversiis con-
 ferrent, à quodam magni Nominis Episcopo invitati,
 ubi Cochleus aliquando Sanctorum invocationem hoc
 argumento adstruere conatus est, quod Mater Ecclesiæ
 hac

hac in parte sit audienda, cui hoc visum esset: Ibi cum Brentius subjiceret, quid si Pater diversum præcipiat? ille indignatus, cum aliter refutare non posset, aliquoties cum nausæa repetivit: Pater, Pater, Pater! Anno 1531. è Comitibus domum reversus Uxorem duxit Margaretham Græterianam Viduam, ex quâ sex suscepit Liberos, de quibus superstites relictæ 3. Sophia nupta D. Eberhardo Bidenbachio Abbati Bebenhusano; Barbara, quam duxit D. Theodoricus Schnepffius. & Filius Patri cognominis, Professor in Schola Tubingensi, Anno 1534. ab Ulrico Duce Wirtembergico Ducatu avito recuperato, ad Academiæ Tubingenfis restorationem ad annum unum à Senatu Hallensî concessus, & Commissarius Scholæ constitutus, cum Joachimo Cammerario, Leonhardo Fuchsio, & aliis Professoribus Academiæ statuta disposuit, in Schola Theologiam, in Templo pro Concione populum docens. In Mathematicis etiam tunc occasionem nactus, multa didicit, donec elapso tempore, de quo convenerat, ad suos rediit. Interfuit præterea Anno 1540. & 1541. &c. Colloquiis Theologorum & Religionis causâ institutis Hagenoæ, Wormatiæ & Ratisbonæ. Cumque eodem ferè tempore Paulus Constantinus Phrygio in Academia Tubingensi Professor ex hac vita migrasset, Brentius in ejus locum vocatus est, sed frustra; Senatores enim negârunt Hallenses, se ejus posse operâ carere, neque ipse gregem fidei suæ commissum deferere, sibi integrum respondit. An. 1547. Cùm Imperator Carolus V. Halam Suevorum cum exercitu venisset, non solum à militibus ædes ejus direptæ, sed etiam literæ de rebus bellicis ad amicos Scriptæ, & Conciones ejus ad Cæsarem delatæ sunt, Un-

de cum in periculo versaretur maximo, in altissima turri aliquantisper latuit, tandem urbe egressus Die S. Thomæ, alienis indutus vestibus, per medios Hispanos salvus evasit, & totâ nocte uno saltem comite in agris oberravit, paulò post Cæsare digresso, Halam rediit, & officium sicut antea fecit. Anno 1548. extremum vitæ periculum adiit Brentius, nam cum Librum Interim dictum, ceu impium damnasset, datum à Gránvellano Legatis Hallensibus negotium fuerat, si Cæsari gratificari vellent, curarent, ut Brentius vinculus Augustam deduceretur: Quod cum ille rescivisset, acceptâ per Senatorum quendam (qui reliquis juramento à Legato adactis, ut Brentii periculum celarent, seriùs non animadvertente Legato intraverat,) Schedâ tali: Fuge, Brenti, citò, citiùs, citissimè; in agrum vicinum subito secessit, & ibi per Sylvas latitans, diuque incertis errans sedibus, à militibus etiam sæpius questitus, amissâ interim Basileæ Uxore, tandem apud Ulricum Ducem Wirtembergicum refugium invenit, & Hornbergæ, oppido in Sylva Hercynia sito, vicem Præfecti aliquandiu sustinuit, nomine mutato in alium *Hulbreich Engster*; Cumque aliquando concionantem virum pium & honestum in vicino pago audivisset, conciones ne in longum protraheret, admonuit, ille molestè hæc ferens, respondit: Vobis Præfectis omnis in templis mora est molesta, sed non æquè in Symposiis. Anno 1550. Postquam biennium in Exilio variâ fortunâ vagatus esset, Tubingam propius accessit, & sub autumnum ad Johannem Molitorem, Pastorem Megerkingensem, in locum ab hominum commercio remotum, se contulit. Inde Christophorus Dux Wirtembergensis, Patris Ulrici M. Nov. defuncti

Et S
Dei
præ
lio
Wir
runt
tran
fusa
Leg
den
lio p
& C
dun
log
Ger
à Pa
sine
quia
sequ
vis
den
hoc
Scr
Ap
tien
inst
abr
fari
Ecc
Sac
de
Mo

Et Successor ad se vocatum Stuttgardia palam fovit. Deinde à Brentio Confessionem conscribi voluit de præcipuis Doctrinæ Christianæ Controversiis, Concilio Tridentino offerendam, quam præcipui ditionis Wirtembergicæ Theologi sua Subscriptione approbaverunt. Anno 1551. Eodem Anno ad secundas nuptias transiit cum Catharina Jsenmannia, ex quâ 12, liberos suscepit, & 10. superstites reliquit, Anno 1552. cum Legatis Wirtembergicis & aliis tribus Theologis Tridentum profectus, Confessionem à se scriptam Concilio publicè exhibuit, paratus eam defendere, Comites & Collegas habens Jac. Beuerlinum, Jac. Heerbrandum & Val. Vannium & Jodocum Neobolum, Theologos, Theodoricum à Plieningen verò & Johannem Gerhardum è Politicis. Sed nec auditi, nec responso à Patribus accepto, domum reverti coacti sunt, non sine periculo, cum ipse præ reliquis Legatis ad Colloquia privata sæpius à Pontificiis sollicitaretur. Hyeme sequenti, cum Præpositus Ecclesiæ Stuttgardienfis è vivis excessisset, in ejus locum suffectus, eique simul Academix Tubingensis Inspectio commendata est. Cumq; hoc ipso tempore Petrus à Soto, Hispanus, Evangelicos Scriptis oppugnasset, Brentius huic è Sacra Scriptura Apologiam opposuit. A. 1557. Ad Colloquium Wormatiense, Præsides Julio Pflugio, Episcopo Naumburgico, institutum à Duce Christophoro missus venit. Id abruptum est, quod Evangelici S. Scripturam, adversarii verò consensum perpetuum, Controversiarum in Ecclesia Judicem esse contenderent. Cumque bellum Sacramentarium tum recruidisset, Confessionem ea de re Brentius edidit; Monasteria item ipso auctore Monachorum olim latibula, in Scholas conversa, & harum

harum cura à Christophoro Wirtembergico Brentio concredita. (a) Anno 1563. Colloquium cum Georgio Wigelio, Ducis Pomeraniæ, Concionatore Aulico, ab ipso Duce exoratus, de S. Cœnâ instituit, sed absque fructu, irreverenter admodum ab homine immodesto habitus. (b) Encomia ejus à variis & excellentibus Viris adornata collegit Scriptor Vitæ illius diligentissimus, Johannes Benschlag / Hallensis Ecclesiæ Minister, inter quæ eminet Elogium quod Brentio magnus Ecclesiæ Elias, Lutherus impertuit, quodque in præfatione ad opera, Brentiana Theologi Wirtembergici, producunt & laudant. Non adulator, scribit ille ad Brentium, neque fingo, sed neque ludo, neque fallor. Non Brentium, sed Spiritum, prædico, qui in te suavior, placidior, quietior est. Deinde dicendi artibus instructus, purius, luculentius & nitidius fluit, itaque magis afficit & delectat. Meus verò, præterquam quod artibus dicendi imperitus & incultus, nihil nisi sylvam & chaos verborum evomit; tum etiam eo fato agitur, ut turbulentus & impetuusus & veluti luctator cum monstris infinitis semper congregi cogatur. Itaque si parvis licet componere magna, mihi de quadruplici Spiritu Eliæ ventus, motus & ignis, qui montes subvertit & petras conterit, tibi autem & tui similibus sibilus ille blandus auræ tenuis, qui refrigeret, obtigit. (c) Nec Thuanus hunc tantum virum silet, quem magni nominis inter suos Theologum diuque ob id varia fortuna jactatum appellat (d) Erat enim (ut paucis cum Quentstedio nos expediamus;) Theologus

(a) *Hadæus Freherus Theatr. Ill. Vir. p. 220, seqq.*

(b) *Colloquium Manuscriptum.*

(c) *Conf. Fechtii Supplem. Cap. IV, p. m. 78, 79.* (d) *Libr. 45.*

gus eximius, qui fide, industria, doctrina, ingenio, iudicio, eloquentia, Zelo religionis & vitæ integritate par summis ævi sui Theologis, & B. Lutheri παρ-
αίτης fidelissimus fuit, hinc versiculi:

*Brentius Antistes Sacrorum, Asseda Lutheri,
Consiliis dexter, Colloquiisque fuit. (e)*

Cæterum diversas alias vocationes obtinuit à Magdeburgensibus, Alberto Brandenburgico, & cum primis ab Eduardo V. Angliæ Rege, qui eum amplissimis cum promissionibus ad se traducere laborabat, sed frustra, cum Brentius Patriæ potius, quam extraneo Regi serviendum piè cogitaret. (f) Αὐτάρπεια suam pulcherrimo facto demonstravit: Quo honorarium centum aureorum à sapientissimo Principe Christophoro Duce, Wirtembergiæ, pro dedicatione Commentarii in Epistolam D. Pauli ad Romanos oblatum modestissimè reculaverat: ne scilicet occasione Theologorum Scriptorum nummos conquirere & Theologiam promercalem facere velle videretur. (g) Parè modo cum tabernis Alsaticis versaretur, eique Cardinalis Lotharingicus pateram deauratam magni pretii offerret, noluit eam recipere; imò, cum postea Cardinalis per proprium tabellarium poculum Stuttgardiam in ædes Brentii misisset, mox Brentius illud remisit. (h) Eà etiam erat modestiâ, ut cum de explicatione Pentatevchi, quem Stuttgardiæ elucubrârat, amici eum compellarent, alii autem publicationem ejus flagitarent,

(e) *Quenstedt de Patriis Ill. Vir. p. 159.*

(f) *Andr. Osiand. in Or. Fun. Joh. Magiro habit. p. 4.*

(g) *Tb. Lantii Monum. Am. Hasenreiff. p. 29.*

(h) *Osiander Cent. XVI, libr. III, S. 48. p. 736.*

gitarent, sæpè prolixè testatus sit : Velle se, ut Scripta Lutheri communis Præceptoris legantur, nihil enim istis posse afferri tersius & magis politum. (i) Quantus vel hodiernum æstimetur Brentii labor Exegeticus, iudicio Sebastiani Schmidii, celeberrimi Exegetæ, constare potest, qui ad Studiosum Wirtembergicum hunc in modum fertur locutus: Si in Studio Exegetico laudabiles facere cupis progressus, lege Brentium; absque illo si rem tractaveris, nihil solidi præstabis. Corporis Staturâ fuit egregiâ & procerâ firmâ valetudine usque ad grandævam Senectam, latera habuit firma, unde & vox sonora & gravis, nunquam decubuit morbo nisi erysipellate. (k) Tandem exhaustus laboribusque confectus summo S. Eucharistiæ Signaculo, præfente ac simul accipiente Cœnam Domini universo Stuttgardianorum Ecclesiastarum Cœtu, (l) editaque memorabili Confessione profusisque jugiter lacrymis ex ardore febrili d. 17. August. An. 1570. Obiit d. 11. Septembr. ingenti sui relicto desiderio sepultus Stuttgardix in Templo Collegiato, medius inter duos Comites non procul à Cathedra, quem locum ipsemet paulo ante obitum elegit ad D. Jacobum Andreæ sibi adstantem: Hic, inquit, cupio sepeliri, ut si quis fortè post me aliam ex hoc suggestu doctrinam proferre ausus fuerit, quàm ego professus sum, caput quasi attollere & dicere queam: Tu mentiris. Unde à quibusdam Exerto capite lapidi sepulchrali incisus esse perhibetur. Apposita tumulo Elogia hæc leguntur; primum sub imagine ipsius Brentii:

*Voce, Stylo, Pietate, Fide, Candore probatus,
Johannes tali Brentius ore fuit.*

Deinde

(i) *Vid. Præf. Facult. Theol. in Pentate.*

(k) *Heerbr. in Or. Fun.*

(l) *Vid. Concio Funebris.*

Deinde in Tabulâ.

Johannes Brentius, Natione Suevus, Patriâ Wilensis, Theologus Clarissimus, Ducum Wirtembergensium Consiliarius, inter primos repurgatæ Ecclesiæ Instauratores fuit. Scripturas Propheticas & Apostolicas in Scholis, Sacris Concionibus, Comitibus Imperii Romani, & lucubrationibus suis illustravit & propugnavit. Confessionis causâ Exilium constanter tulit. Consiliis Ecclesiam & Communem Patriam juvit. Vitæ innocentiam Professionem ornavit, & cum in hoc suo curriculo quinquaginta & amplius annos Magnæ Ecclesiæ Commode elaborasset, Placidè in Christo obdormivit, & summo piorum omnium luctu hic sepultus est Anno Domini MDLXX. Mens. Septembr. Die XI. cum vixisset Annos LXXI. Menses II. Dies. III.

Boissardus Biblioth. chalcogr. lit. P. 3. in nomen ejus sic ludit :

*Ardor eras rara Brenti pietatis, Et illum
Ardorem incendit religionis Amor.*

Testamentum ejus pro se, quemadmodum & scripta nonnulla jactitârunt Calvinisequæ. Cum verò non solum ipse vivus sæpe numero iis contradixisset, verùm etiam defuncti Patris Apologiam adornasset filius, velut in rabiem acti, turpissimis optimum Virum conviciis proscindere non dubitârunt, ipsum Sanguinari-um & Testamentum ejus amburens Testamentum appellantes. (m) Scripta tamen hodie in deliciis haberi in Angliâ testatur Clar. Tenzelius. (n) D. Johannis
bu

(m) *Ibid. Apolog. Brentii Junioris passim.*

(n) *Monatl. Unterred. An. 1698, p. 62.*

bu Boys encomium & plura alia de illo commemorat Clar. Serpilius, Epitaph. Theol. Suev. p. 123. seq. & ante omnes alios doctissimus Joh. Benichlag. in Memoria Brentii renovata; qui, ut & Melchior Adami, potissima de hoc Viro debet Jac. Heerbrando & Wilh. Bidembachio, quorum ille oratione, hic Concione Brentio parentarunt. edit. Tub. 1570. 4.

Non prætereundum existimo, quod dum hanc Brentii Vitam revidimus, in literis Wolffgangi, Palatino Neoburgici Principis ad Ducem Christophorum, de Colloquio Maulbrunnensi scriptis, nobis non fortuito, ut existimem, sese obtulit; Verba formalia vernaculo sermone sunt hæc: Über das ist nicht zu hoffen / daß sie (die Heidelbergischen) wiederum zu gewinnen / sintemahlen sich mehrermeldte Pfälzische Disputanten neulicher Tagen / wie uns glaubhaftig angelangt / vernehmen lassen: Wo der alte Lecer (den Brentium meynend/) nicht gewesen / wolten sie Eure Liebe auch Doctor Jacobi auf ihre Seiten gebracht haben. Ita Calviniani puerili convicio grandævum Senem & de Christi Ecclesiâ optimè meritum proscindere non erubuerunt. (o)

De Commentariis ejus libet adjicere D. Calovii judicium: In totam, ait, ferè scripturam doctissimas Commentationes edidit D. noster J. Brentius, quæ sensui Spiritus S. pressè insistant & commendatione dignissima sunt. Hujus sanè Theologi e rivulis quam plurimos sua irrigasse prata interpretes, huicque magnum suum, quo apud juvenes gaudent, debere nomen eos, Brentium qui non noverunt, nec legerunt, sed

(o) Wirtsemb. Acta vom Colloquio zu Maulbronn Manusc.

sed
men
tem
sup
in T
Elu
fern
rati
A. l
Col
rata
dri
tun
cul
Por
vile
lent
Mi
ost
tur
fita
Por
ter
alic
Bre

sed neglexerunt, palam est. (p) In specie Commentarius ejus in Eſaiam à Chriſtophoro Duce Wirtemb. eo in pretio habitus, ut capiti ſuo poſt mortem ſupponi juberet in teſtimonium fidei ſuæ. Bergmann in Trem. Mortis horâ P. I. p. 160. apud Serpil. l. c. Elucubrationes quoque in Pſalmos aliis ſolent præferri Ibid. p. 131. Juvat tandem ſubnectere narrationunculam, quam ab erudito & pio Sene Domino A. R. Wolfarto, Paſtore Bottwarienſi, amantiſſimo Collega & Compatriâ majoribus ejus ſæpè memoratam, accepi. Fuiſſe nimirum temporibus Alexandri Wolfarti, Abbatis poſteâ Alpirſpacenſis, ſed tùm circa an. 1590. Diaconi Cantſtadienſis, ſacriſticulum, in Pago Vicino, Offingen, etiamnum hodiè Pontif. Religioni addiſto, qui Wolfartum crebrò in-
viſere ſolebat; cumque inter varios ſermones de opulentiâ & theſauris Monachorum mentio facta eſſet, Miſſificum ſubjeciſſe: Conveniret ſe aliquando, oſtenſurum ſe illi ſuos theſauros. Wolfartus igitur animi cauſâ paulò poſt expatiatus hominem viſitat, promiſſam ſibi gazæ oſtenſionem deſiderans. Pontificius Viro in penetralia domûs ſuæ humaniter recepto, remotisque arbitris, ingentem ciſtam aliquot ſeris probè obſeratam recludit, eique omnes Brentii Tomos elegantiffimè compactos commoſtrat: Hi ſunt, inquiens, mei theſauri, quos
omni auro cariores habeo. Hac extra-
ditione Viri optimi.

C

Scripta.

(p) Calov, Bibl. Illuſtr. p. 11. ſeq.

Scripta

Octo Tomis comprehensa prodierunt
Tubingæ, quibus adhuc duos Tomos ad-
jicere constituerat filius.

Tomus I. Commentarios continet

In Genesin, Stuttgardia, inchoat. d. 1. Sept.

An. 1553.

In Exodum, Tubingæ, in Acad. prælectum,

An. 1538.

Exodum, Stuttgardia pro Concionibus ex-
plic. 1557.

Leviticum, Halæ Suevorum. 1542. in 8. edi-
tum.

Numeros, Stuttgardia pro Concion. explic.

An. 1560.

Deuteronomium, Stuttgardia explic.

Edit. Tubing. typis. Gruppenbach. 1576. fol.

Tomus II. continet Comment.

in Josuam priorem Expositionem.

Josuam poster. Expos.

Librum Judicum Halæ Suev. script. 1534.

Ruth.

1. Samuelis.

2. Samuelis.

1. Regum.

2. Regum.

Esræ.

Nebemiam.

Esther.

cod.

cod. An. 1576. fol. hic Tomus ab Eberhardo Bidenbachio editus est.

Tom. III. continet Commentar.

In Jobum, Halæ Suevorum scriptum 1526. Restitutum. 1546. 8.

Lucubrat. in Psalmos CVI. quæ Cygnea ejus Cantio fuerunt.

Lucubrat. in reliquos Psalmos Theodor. Snepfii.

Ib. 1578. fol.

Tomus IV. contin. Comment.

In Ecclesiasten, Halæ Concion. propositum.

Esaïam. Hornbergæ cæptum.

Jeremiam. Halæ conscript. 1525.

Oseam. Germanicè edit. 1531. dein Latinè versum.

Amos. conscript. an. 1530. cui præfixa est Epistola Lutheri.

Jonam. cum Præf. Filii.

Micheam. conscript. A. 1528.

Tubing. 1580. fol.

Tom. V. contin. Comment.

In Matthæum Stuttg. 1566. conscript.

Marcum. Stuttg. 1559. d. 2. Aug. inchoat.

Lucam. Halæ Suev. 1537. edit.

Tub. 1582. fol.

Tom. VI. continentur Homilie in Evang. Joannem. Halæ. 1545.

In eundem Exegesis: Halæ 1527.

Tub. 1584. fol. In hac Exegesi nonnulla occurrunt, quæ Calviniani & Barthol. Hagen, hic in materia de S. Cæ-

na, illitum in hac tum in materia de prædestinatione pro se adduxerunt. Sed Brentius semetipsum dextrè explicavit in Epistola ad Marbachium (m) & alibi.

Tom. VII. continens Comment. in Acta Apostol. conscript. Halæ Suev. 1554. & post lectionem Commentar. Lutheri recognitum 1536.

in Epistolam ad Romanos Stuttg. conscript. 1564.

In Epist. ad Galatas Halæ conscript. 1548.

Epist. ad Philippens Halæ. d. 25. Febr. 1548.

Tub. 1588. fol. ad Philemonem. Halæ. 1543. ab Istenmanno subscript.

Tom. VIII. contin. Polemica Scripta contra Petrum à Soto & Sacramentarios. Tub. 1561. fol. Reperiuntur in eo 1. Confessio Wirtembergica cum Apologia. 2. Sententiâ de Unione personali, Ascensione in Cælos & Sessione ad dextram Dei & præsentia Corporis Christi in Cæna. 3. Sententia de libello H. Bullingeri in dictum Joannis: In domo patris mei multæ sunt mansiones. 4. De Majestate Christi & S. Cæna contra Martyrem & Bullingerum. 5. Recognitio Prophetica & Apostolica doctrina de vera Majestate Christi, &c. Tub. 1590. fol.

Scripta Brentii alia.

Biblia Latina recognita cum Præfatione luculentâ. Tubingæ. 1564. fol. min. sive 4. major.

Homilie XXV. de Pœnitentiâ, Francofurt. 1557. 8.

Catechismus piâ & utili Explicatione illustratus. Tub. 1551. 1594. 8.

(m) ap. Fecht, Epist. Theol. P. III. p. 134. conf. Unschuld. Nachricht, Tom. IV. p. 260, 261.

Syngramma de S. Cœnâ contra Oecolampadium. Hale Suevorum. 1525. 4.

Epistola XLV. ad Jo. Marbachium apud Jo. Fechtium P. III. Epistol. p. 41. seqq. Durlaci A. 1684. 4.

Epistola ad Wierum Stutgard. die Stephani scripta 1565. extat in Libro Apol. Jo. Wieri Basileæ edit. 1577. p. 86.

Gründlicher Bericht vom Colloquio, so zu Maulbronn wegen des Nachtmahls gehalten worden. A. 1564. 4.

Catechismus Deutsch / . . . Wittenberg / 1572. 8. 12. Franckfurt / 1596. 16. Stuttgart und Tübingen in 8. und andern Format fast alle Jahr.

Predigten vom Donner und Hagel und allem Ungewitter. Eisleben / 1565. 8. Nürnberg / 1580. 8. Erklärung der Epistel Pauli an die Römer. Eisleben / 1565. in 8.

Bericht / wie man sich Christlich zum Sterben bereiten soll. Item / wie man Gott dienen soll / und vom Ubel nachreden. Franckfurt an der Oder. 1569. in 8.

Weg zum ewigen Leben. Leipzig.

Kurze Form des gemeinen Gebetts für alle Kirchen. Diener auf der Cangel fürzulesen / Nürnberg / An. 1568. in 8.

Kirchen-Postilla, über die Evangelien an Sonn-Tagen und Feyer-Tagen / samt der Historien vom Leyden Christi. Tübingen / 1572. und 1588. fol.

Vom Einfall des Türcken. XXII. Predigten / Wittenberg / 1532.

Wie sich Ehe-Leut im Eystand verhalten sollen.
Züb. 1590. in 4.

Confession, Lehr und Bekanntnuß vom Streit
über den Worten des H. Nachtmahls Chri-
sti / die Er samt andern Theologis in Schwä-
ben geführt/ Heidelberg/ 1576. 4.

Commentarius de Vocabulis regionum & gentium a-
pud Tacitum. Adscriptus à nonnullis Philippo
Melanchthoni, ab aliis Henrico Glareano, à qui-
busdam Hieron. Frobenio, sed à Goldasto L. I. de
R. B. p. 42. Brentio vindicatus. vid. Deckheri.
Conjectur. de Script. Aesp. p. 154.

Clar. 1530.

Nat. 1495

Obiit. 1558.

MATTHÆUS KOCHHAFFE,
Græcè Chytræus, Brackenheimii
oppido Ducatus Wirtembergici natus.
Cum Tubingæ per quinquennium literis o-
peram dedisset, exorta tum Evangelii luce ministe-
rio Lutheri accensâ in Salinas Suevicas ad Joannem
Brentium sese contulit, ut viva ejus voce magis ma-
gisque & erudiretur & confirmaretur in agnitâ do-
ctrinæ Cœlestis Veritate. Ab hoc deinde Ingelsin-
gam missus, annis amplius quinque Ecclesiam ibi
tantâ fide, diligentîâ, & Zelo docuit, ut præfectus il-
lius loci fidem ejus viræque innocentiam, quâ profes-
sionem suam ornabat, magnopere commendaret.
Sed ut sunt humana omnia dubia & instabilia, idem
postea eum acerrimè persecutus fuit. Nam cum
initio anni millesimi quingentesimi trigesimi fama
de Caroli Cæsaris in Germaniam adventu passim
percrebesceret, qui Lutheranos ad unum omnes in-
terfecturus esset, ille missam Pontificiam aliquot jam
annis

annis abolitam rursus in usum revocavit. Id Chytræus, ut rem mali exempli pio Zelo reprehendit, tantumque abfuit, ut timore officii amittendi à reprehensione desisteret, ut acrius etiam in illiusmodi inconstantiam, documentis Sacræ Scripturæ demonstratis inveheretur. Ita cum aliquando coram publicè id faceret, præfectus impotenti planè animo è sede suâ profiliit strictoque gladio, suggestum, terrendi causâ, percussit, præsentè & spectantè idipsum Pastoris conjugè tum gravidâ, quæ mariti periculo ad eò perterrita & consternata fuit, ut nec lacrymas, nec vocem ullam per horas aliquot emiseric, multique ex tantâ matris perturbatione malè embryoni ominati sint. Sed Deus hominum Plastes sapientissimus periculum omne clementer avertit. Itaque cum hæ turbæ ex violentiâ præfecti incidissent, nec tutò suum facere posset officium, Matthæus in Craichgojæ Oppido Menzingâ, quod medio itinere inter Heilbronnâ & Spiram situm, apud nobiles Erasmmum & Petrum fratres à Menzingen hospitium benignum, & securè docendi locum invenit, & in illo vico triginta ipsos annos puram Evangelii doctrinam docendo ad finem vitæ usque permanfit. (a) Uxorem duxit Barbaram Neibergensem honestissimam matronam, quæ duos ei peperit filios apprimè celebres, nimirum an. 1530. d. 26. Febr. Davidem Chytræum, non Balthici solum maris, sed & universæ Lutheranæ Ecclesiæ clarissimum sidus, Academiæ Rostochiensis Theologum primarium; & Nathanem, Poëtam L. & Scholæ Bremensis Rectorem, Virum ingenio, doctrinâ, morum gravitate aliisque

C 4

virtuti-

(a) Melch, Adami, *Vit. Theol.*, p. m. 323. edit. nov.

virtutibus ornatissimum, cujus poemata erudita ex-
tant. (b) Cæterum Pater Matthæus à D. Sturcio
vocatur mediocris fortunæ, sed probatæ vitæ, ma-
gnæque Vir pietatis, (c) qui juxta M. Goldsteinii te-
stimonium, (d) verâ illa nobilitate, pietate scil. non
fucata & divinæ Imaginis conservatione & similitu-
dine cum Deo Archetypo, ut verba Nazianzeni so-
nant, nobilitari maluit, quàm rebus aliis, quas mun-
dus solet suspicere. E consortio hominum emigra-
vit post annum 1559. (e)

Clar. 1540.
Obiit 1552.

CASPARUS GRÆTERUS Suevo-
Halensis, Illustrissimi Wirtembergiæ
Ducis, Ulrici, Concionator Aulicus &
Consiliarius, Oettingero vel *ὄνυχος*, vel suc-
cedens, circa annum 1540. Singulis diebus singu-
las habuit Conciones in præsentia ipsius Principis,
qui nec venatum abibat, nec balneo utebatur, nisi
audito prius Dei Verbo, exemplo uti rarissimo, ita
in omnia secula memorabili. (a) Deliberationes par-
tim Smalcaldici Conventus, 1537. partim doctrinæ
Imperialis, quam Interim vocarunt, eo tempore insti-
tutas, consiliis suis dextrè adjuvit & prudenter mo-
deratus est. (b) Jacobo Andreæ, qui à Præfecto Bie-
tighei-

(b) *Quenstedt de Patriis Ill. Vir. p. 160.*

(c) *In Orat. de Dav. Chytrao. p. 2.*

(d) *In Or. de Vita & morte Dav. Chytr. conf. Serpil. Epi-
taph. p. m. 15.*

(e) *Vid. A. Brunnii p. m. 103.*

(a) *Phil. Grater. in Praef. T. I. Hystor. Biblica. & Serpil.
in Epit. p. 23.*

(b) *Fama Andr. refert. p. m. 50.*

tigheimensi, Sacrificulorum Fautore, (pecuniam à Duce Ulrico, sibi in subsidium constitutam negante,) ut veniam, seu dimissionem sui humilimè peteret, coactus fuerat, unà cum Johanne Knodero, Consiliario, strenuè adjuvit, ut non tantum ille Praefectus durissimâ reprehensione corriperetur, verùm etiam Jacobus novis sumtibus ad alendam familiam instrueretur. (c) Erat autem Græterus Vir doctissimus ex Andreae testimonio, & de Reformatione Ducatus Wirtembergici optimè meritus. Conciones stolâ furva vel viridi amictus habuisse perhibetur. Filium habuit Philippum, Pastorem Nagoltensem, posteaque Praepositum Heerbrechtingensem, ex Opere Histor. Biblico & aliis scriptis celebrem. Generum verò ex filiâ, Henricum Renzium Abbatem San. Georgianum. (d) Caducis ereptus ad coelestem Aulam migravit circa annum 1552. Claruit ab anno 40. ad 50. (e)

Scripta.

(A) *Atechesis*, in 8. Deutsch.
Bedencken eines freyen Concilii halber an
Herzog Ulrichen / An. 1541. d. 10. Febr. ge-
stellt / Manuscriptum.

Bedencken / wie der Streit in Religions-Sachen
aufzuheben und hinzulegen. A. 1544. d. 1. O-
ctobris, Manuscriptum. Ambo hæc Consilia ex
mandato Speciali Domini Ducis adornare debuit.

C 5

JOHAN.

(c) *Ibid* p. m. 29, 30, 31.

(d) *Freber. Theatr.* p. 318.

(e) *Conf. Aug. Brun.* p. 30.

Clar. 1540. **J**OHANNES FABRICIUS, Norimbergæ natus est A. C. 1496. Factus *Nat. 1496.* Ecclesiæ Stuttgartianæ Diaconus Anno *Obiit 1558.* 1538. Schorndorffensis Ecclesiæ Pastor Anno 1544. denique in Patriâ, Andreæ Osiandro, primo post reformationem ad D. Laurentium Concionatori An. 1548. successit. Filiis relictis Andreâ, M. Johanne Baptista, Ecclesiæ Fürtenfis Pastore, & Davide. Obiit Norimbergæ d. 8. Sept. A. C. 1558. ætatis 62. Minist. 33. Hæc Iconi ejus æri incisæ subscripta recenset P. Freherus Theatr. Vir. III. p. 177.

Clar. 1540. **M**ARTINUS FRECHTUS, Ulmæ *Ob. 1556.* Suevorum natus, jactis literarum & linguarum rudimentis, cum Heidelbergæ Theologiæ Studio operam navasset, Licentiatius in ea renunciatus, mox in Professorum numerum cooptatus, Literas Sacras publicè docere cepit. A. 1526. ubi inter alios Collegam habuit Simonem Grynæum. 1528. à Republica Ulmenfi statim post Ecclesiæ Reformationem Authore Conrado Samio, (a) invitatus eò venit, illique defuncto subrogatus primarium Ecclesiasten egit omnibus acceptus. Anno 1533. cum Schwencfeldio, cui humana Christi Natura in statu gloriæ non amplius Creatura dicenda videbatur, privatim quidem ab initio, mox verò & publicè concionando & disputando congressus est. Quare ad Senatum Ulmensẽ delatâ uterque Frechtus & Schwencfeldius auditi, decretumque, ut ambo scripta sua Theologis Smalcaldiæ tùm congregatis, judicanda

(a) *Conf. Seckend. Hist. Luth. III. p. 18.*

dicar
natur
denu
Mar
Wirt
buit
G. 1
Cum
tenti
cero
ctus
154
næ h
fince
mus
confi
paula
ad C
dere,
agon
in fid
gusti
que S
quod
rint,
Cæsa
Com
Aug
& ac
ret.

(b)
(c)

dicanda offerrent. Quo facto Schwencfeldius damnatus, Frechtus verò absolutus fuit. (b) Biennio post denuò cum C. Schwencfeldio Tubingæ unà cum Mart. Bucero & Ambrosio Blaurero, Ulrici Ducis Wirtemb. Commissariis præsentibus colloquium habuit de Ecclesiâ, Pædobaptismo & sacrâ cœna vid. G. Arnoldi Supplem. Hist. Eccl. p. m. 169. seqq. Cum autem sub id tempus in S. Cœnæ negotio contentio inter Evangelicos incidisset, Frechtus cum Bucero & Musculo in Saxoniam ad Lutherum profectus est 1536. & Sententiæ ejus subscripsit. Anno 1540. Wormatiæ, & 1546. in Colloquio Ratisbonæ habito, cum adversariis disputavit. Theologus sincerus, cordatus, & Doctrinæ Lutheri addictissimus, quod ex Epistola illius ad Joh. Marbachium constat, qua inter alia scripsit: Valde mihi dolet, paulatim magni nominis Viros quosdam magis ad Cinglianismum quàm Lutheranismum propendere, quasi verò non plus satis sit alioqui certaminum, agonum & turbarum. (c) Cæterum ob constantiam in fide multa perpeffus; Cum enim 1548. d. 6. Augusti Carolus V. Imperator Ulmam venisset, illicoque Senatum abrogaret, & Ecclesiæ Ministros, eò quod decretum religionis Interimisticum repudiaverint, custodiæ mandari juberet, Senatus per omnia Cæsari devotus, decretum recepit. Durante enim Comitio rogatu Granvellani petierant à Frechto, ut Augustam profectus negotium religionis adjuvaret, & ad Pflugium, aut Sidonium, aut Islebium diverteret. Ille, quod & suspectam rem haberet, & quod à reli-

(b) *Epist. Theol. Part II, p. m. 37.*

(c) *vid. Ep. l. c. p. 39.*

è reliquis Civitatibus nemo sui ordinis ibi esset, recus-
 sat. Jussus deinde, quid de facto decreto sentiat, &
 quousque probet, scripto complectitur; ubi verò
 Cæsar Ulmam venit, Senatus illum ac ceteros Eccle-
 siæ Ministros evocat, & per homines delectos eo-
 rum sententiam exquirat. Respondent ut antea &
 quid in decreto probent, quid improbent, ostendunt.
 Illis igitur delecti quidam Senatus: Captivos, in-
 quiunt, vos hodiè sistit Cæsar, ad ejusque jam tradu-
 cemini palatium: Deus vos Spiritu suo gubernet. Il-
 li, quoniam ita sit visum Deo, non se recusare di-
 cunt, ullum periculum, & ipsis invicem benè precantur.
 Sic egressi statim per apparitores ad pratorium
 & ex eo ad Granvellanum deducebantur, ubi
 cum urgente licet Granvellano, ut Cæsaris edicto
 parerent, nihilominus in sententia perstarent, acer-
 bis fuerunt accepti convitiis. Deinde Frechus hu-
 manioribus verbis sigillatim pertentatus, & post il-
 lum reliqui sex, quorum quatuor fuere constantes,
 duo desciverunt. Inter primos erat Bonaventura
 Stelzer, factus postmodum Elslingensium Ecclesia-
 stes, qui unà cum Frecho catenis impediti & in car-
 cerem publicum ducti; cumque domum Frechi
 præterirent, frater ejus Georgius fortè prospiciebat
 è fenestra, & appellatus ab eo, ut uxorem & familiam
 curaret, salutem ei sociisque precatur ac simul bono
 animo esse jubet. Ob hanc vocem & ipse ductus
 fuit in Carcerem. Inde post quatrimum revincti
 catenis & impositi currui devehebantur Kirchheimium
 in Wirtenbergia, quam eo tempore Hispani tene-
 bant, ubi in custodia manserunt sub Centurione
 Madronio usque ad annum 1549, quo citra ly-
 trum

trum
 stati
 Relig
 stoph
 giam
 cui in
 senex
 gii T

L
 Epist
 ra
 E

L
 men
 nes l
 amp
 cepit
 sis V
 tus t
 nuit
 reat
 disti

trum dimissi : (d) Frechtus verò cum ad priorem stationem redire non posset ob receptam Ulmæ novæ Religionis formulam, à Duce Wirtembergico, Christophoro, vocatus, Tubingam venit, ubi S. Theologiam docuit, & illustri Stipendio Ephorus datus est, cui insigni cum dexteritate præfuit. (e) Obiit tandem senex Tubingæ d. 14. Septembr. 1556. in S. Georgii Templo sepultus. (f)

Scripta.

Libri tres rerum ab Henrico & Othone Imp. gestarum.

Epistolæ tres ad Joh. Marbachium scriptæ, satis memorabiles, apud Fechtium Suppl. Hist. Part. I. & II. Epist. p. 30. 36.

LAURENTIUS FRISÆUS, Theologiæ *Clar. 1530.*
Doctor & Superintendens Brackenheim. *Ob. 1568.*
mensis. Studiorum causâ peregrinationes longinquas adiit. Réversus Evangelii doctrinam amplecti & Diaconum in oppido Bessigheim agere cepit. Inde ad Pastorum oppidi Brackenheimensis Vicinarumque Inspectionem An. 1562. promotus titulum Doctoris in Academia Tubingensi obtinuit. Filium genuit cognominem, Poëtam Laureatum Cæsareum & Pastorem in Brackenheimensi districtu factum. Ipse, juxta Erhardi Cellii, Professoris

(d) Sleidanus Comment. Rel. Lib. XXI.

(e) Nic. Frischlinus Libr. III. Eleg. lit. h.

(f) conf. Melch. Adami Vitæ Theol. Germ. & Pauli Ersberi Theatr. p. m. 171.

fessoris Tubing. encomium, erat Vir eximius, plurimarum in Juvente Universitatum, etiam in Italiâ Paduanâ & Romanâ lustrator, & rerum observator accuratus. (a) Vivis excessit d. 10. April, Anno Chr. 1568. (b)

Clar. 1548.
Ob. 1569.

HENRICUS WEICKERSREUTERUS Suabacensis, Sacræ Theologiæ Doctor & Abbas Hirsaugienſis ex Evangelicorum ordine primus. Evangelium variis in locis & circa A. 1551. Calvæ docuit, ubi Pastor & Superintendentens constitutus, eum se præstitit, ut A. 1557. Monasterii Hirsaugienſis Reformati Præſul à Serenissimo Principe Christophoro fuerit declaratus, cujus infuſæ pedoque viginti Alumnorum commiſſi, quos verâ pietate & religione ſincerâ imbuit. Erat, juxta Nicodemi Frischlini Encomium: (a)

*Magnus Conſilio, nec minor ore ſacro.
Vir vere pius & ſtudii ſectator honeſti
Quo vix alter erat religione prior.
Quem pietas noſtroque fides rariffima ſec'lo
Fecit honoratum conſpicuumque Virum.
Quem ſtudia & longis vigilatæ noctibus artes
Nomina Doctōris ferre dedere ſacri.
Pectore qui didicit Domino conſidere ſoli
Auxilio fretus ſubſidioque Dei. (b)*

Post

(a) Cellii Or. Fun. J. Brentio Juniori habit. a. p. m. 27.

(b) Aug. Brunni Lib. Syn. p. m. 96.

(a) Libr. 8 Eleg. 5.

(b) Libr. IV. Eleg.

Post fata Viri, quatuor ejus filiæ Theologorum
matrimoniis felices evaserunt; Natu maximam A-
gnetem Philippo Heilbronnero, alteram Cathari-
nam, illius fratre, Jacobo; Tertiam Nicolao Wie-
lando, postmodum Abbate Herren-Albenſi, Quar-
tam denique, Saram nomine, Martino Kepplero,
Præposito Medlingano ducente, quos dignâ laude
proſequitur Friſchlinus. Weickersreuterus vitæ cur-
ſum in Domino abſolvit d. 8. Apr. A. C. 1569. (c)
pro ſuggeſtu laudatus à Johanne Eſthofero, Calven-
ſium Superintendente. Familia Weickersreuteria-
na hucusque floruit Eſſlingæ, Civitate Imperiali.

MARCUS HEILANDUS, Ecclesia- *Cl. 1548.*
ſtes Argentinenſis & Calvenſis, Vai- *Ob. 1549.*
hingæ celebri oppido exortus ex honeſtis
parentibus, Johanne & Barbara, quo anno, igno-
tum. Hi puerum in fundamentis literarum mediocri-
ter, ut tempora tum ferebant, erudiendum curâ-
runt: poſtea Pforzheimium, ut lanei panni tonſuræ
ibi operam daret, ablegârunt. Paret ille, & hoc
opificii genus, inter illiberales artes tunc temporis non
poſtremum, perdiſcit. Poſtea ſolidioris cognitionis
causâ Baſileam adit, & opificium ſuum aliquandiu
exercet. Sed cum ad majora quædam ſeſe natum
tacito naturæ motu perſentiſceret, deſerto illo opifi-
cio ad bonarum Artium primum, deinde ad divinæ
ſcripturæ ſtudioſum animum ſeriò applicuit, nactus ad
propoſitum ſuum occaſionem percommoda. Fer-
vebant enim tum Baſileæ complures Artis Typogra-
phicæ, divini prorsus doni à Germanis inventi, no-
biles

(c) *Aug. Brunnius Lib. Syn. liſ. A,*

biles officinæ, cumque singulari Dei beneficio & bonæ literæ & vera Theologia, Luthero, Erasmo, Philippo, aliis divinitus excitatis, renascerentur: eorum libri Latini, Græci, Hebraici, Philosophici, Theologici, Basileæ præcipuè certatim imprimebantur. Hac commoditate arreptâ cuidam officinæ, Frobenianæ forsan, operam suam ad errores typographicos quibusque in libris corrigendos obtulit. Quâ ex re triplex est consecutus emolumentum: Vitæ sustentationem cum salario faciliorem; deinde librorum & manuscriptorum, & excusorum, sine pretio copiam illo tempore præcipuè desiderabilem; denique diligentiam quandam quasi necessitatem & habitum. Itaque cum studio linguarum & sacrarum literarum flagraret, Cleantheâ suâ diligentiam tantam sibi eruditionis suppellectilem comparavit, ut ad Ministerium Verbi divini primum in ipsâ urbe Basileensi, postea extra eam in pago Bubendorff, & tandem in patriâ Wirtembergiâ sit evectus. Anno 1532. feriis Paschalibus uxorem duxit Mariam, filiam Matthiæ Iselini, mercatoris Basileensis. Ex hac nati ei sunt tum alii liberi utriusque sexûs, tum præcipuè Anno 1533. d. 7. Julii, Samuel, filius, postea Ducalis Stipendii, quod Tübingæ est, Ephorus & Moralium Professor per 36. annos, continuus. Cum vero Princeps Wirtembergicus, Ulricus, avitum territorium post trium lustrorum exilium armatâ manu recepisset; atque Ecclesias à Pontificiis sordibus purgâset: Marcus Heilandus mandato illustissimi Ducis ab Ambrosio Blaurero, reformationis administro, in Ducatum Wirtembergensem vocatus est, Basilea igitur An. 1535. impetrato honestissimo

stissimo muneris ac vitæ testimonio Gamartingam, Suevorum Albaniam, sumtibus Ducis cum familiâ discedit. Ibi cum biennio Evangelium docuisset, Calvam transfertur, quod oppidum est ad Hercyniam Sylvam pervetustum. Calvæ, licet Præfæctus loci & Senatores plerique Pontificiæ religioni addicti, vehementer adversarentur, annos undecim magno cum fructu egit: Scholas Latinam & Germanicam instauravit: fuitque in religionis negotio ad Conventus WORMATIAM, HAGENOAM, & RATISPO- NAM anno 1540. & sequenti cum aliis missus. Anno 1548. autem, cum Sphinx Augustana Interim passim grassaretur, ipse etiam ut alii complures, loco suo, suâsu imprimis FRIDERICI HAIDENI, Mercatoris cessit, atque Argentinam cum suis abiit. Ibi non solum humaniter susceptus, sed & divini Verbi Ministerio præfæctus Diaconum in æde Nicolaitanâ egit, docuitque magno animo in ipsâ urbe, Interim illud nihil moratus. Paulò post cum tempestas Interimistica etiam Argentorati ingrueret; atque ipse Calvam repetere, quò revocatus fuerat, in animo haberet, morbo corripitur & fatis concedit An. 1549.

(a) Non prætermittenda est hæc loci laudati Heideni fidelitas & constantia, quam Melchior Adami memorare neglexit; Heidenus quippe non solum rationibus & exemplis, ut in loca tutiora se reciperet, pervicit, sed & ipsemet virum eduxit. Cui reverso & quod Parochum eduxisset intrepidè confesso, Præfæctus dira quæque minatus est, quæ tamen

D

ipse

(a) *Vid. Orat. ab Erb. Cellio hab. Samuel. Heiland apud Melch. Adami in Vitis Philosoph. p. m. 173. edit. nob.*

ipse magno animo contempsit, & Deus, amoto Præfecto, impedivit. Heilandus in conjugio sic cum uxore & liberis vixit, ut omnibus vitæ suæ exemplo præluceret, ejusque fama tum præclara esset, ut Samuel Heiden, J. U. D. Mercatoris illius filius, scripserit: Se talem commendationem de tam piis conjugibus, præsertim Ministro Ecclesiæ, suo seculo non audivisse. vid. primam editionem Orat. cit. p. 7. 8.

N. 1495.
Cl. 1548.
O. 1570.

MATTHÆUS AULBERUS, S. S. Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis Stuttgardianæ Antistes Evangelicus & Abbas Blabyrensis; quo in oppido natales suos habuit, ut A. Brunnius testatur, An. 1495. (a) Studiis operam navavit Tübingæ (ubi anno 1518. sub Decano Balthasare Sellario Magister renunciatus) & Witebergæ, ubi Lutherum & Melanchthonem audivit. Quorum ex informatione cum Evangelii doctrinam feliciter imbibisset, & Ministerio in Civitate Imperii Reutlingâ, circa 1519. adhibitus esset, in causâ fuit, quod Reutlingenses An. 1530. hostibus undiquaque circumdati Augustanæ audacter subscripserint Confessioni. (b) Passim itaque famâ florens cum Viris celeberrimis, B. Luthero, Melanchthone & aliis literarium habuit commercium. Sanè Ulricus Zwinglius jam Anno 1524. Epistolam ad eum dedit, quâ sententiam suam de S. Cœnâ publicavit. (c) Hinc etiam Aulberus à Wirtembergico Duce Ulrico, ad opus re-

for-

(a) *Libell. Synopt.* p. m. 105.

(b) *El. Ehingeri Orat. de Tübingâ. 1611. hab. p. m. 23.*

(c) *Sackenдорffi. Hist. Luther. P. II. p. m. 34.*

formationis cum Snepfio, Ambrosio Blaurero & aliis peragendum accitus est. (d) Anno autem 1548. Eslingam vocatus, ut Intermisticam doctrinam approbaret, illis qui nomine Caesaris cum eo agebant, inter alia scitè respondit: Papæ indulgentia purgat crumenas; Remissio Christi verò malam Conscientiam. *Der Pabsts Ablass bucht und fegt die Seckel; Christi Ablass reiniget das böse Gewissen.* Eslingam abeuntem quinquaginta è Civibus Reutlingensium sunt comitati usque ad portas, tamdiu ibidem commorati, donec saluum & incolumem possent reducere. (e) Cum verò Reutlinga Decretum Intermisticum recipere teneretur, quod factum die 25. Junii Anno 1548. officio, quod jam 29 annis ornaveratur, motus, Stuttgartiam ad Antistitis Ecclesiæ Collegiæ & Assessoris in Consistorio munus ab Ulrico Duce vocatus, per quatuordecim annos pio cum Zelo stationi præfuit. Tandem rude donatus & Cœnobii Blabyrensis Reformati Abbas declaratus An. 1562. Juventutem Scholasticam suæ Inspectioni demandatam formavit. Ex conjugē, quam duxit, filium suscepit cognominem, duasque filias, quarum una, Jacobo Beuerlino, Cancellario Tubingensi; altera, Martino Clessio, Stuttgartiano Superintendenti, elocata. Filius Cœnobii Murrhatensis Præsul tandem evasit. Familia etiamnum floret in patrio Ducatu. Surculus ex eo stemmate non inglorius est modernus Poloniensis Ecclesiæ Lutheranæ Evangelicæ in Hungariâ Decanus, ante aliquot annos eò dimissus, & Auditorio

D 2

suo

(d) *Seckend. Hist. Luth. Libr. III. p. 123.*

(e) *Jac. Frischlin. Carmen Seculare An. 1617. p. m. 6. 7.*

suo pergratus, cujus sororem in matrimonio habet Dominus D. Pfaffius, Theologus Tubingensis famigeratissimus. Ipse Matthæus noster Theologus erat Reformationis tempore propter constantiam, pietatem & eruditionem percelebris, qui Theologiæ Doctoris gradum Tubingæ accepit. Anno 1557. una cum J. Brentio & Jacobo Andrea Conventui Wormatiensi interfuit, & Philippum Consensus sui cum Articulis Smalcaldicis admonuit. Cum enim Brentius renovationem Consensus inter Suevicas & Saxonicas Ecclesias vivo Luthero 1536. initi urgeret, Philippus respondit: Nolo. Cur, inquit Brentius? Philippus, quia non placet. Pergebat Brentius: Domine Philippe, tamen vos scripsistis illum Consensum. Philippus; Ego scripsi aliorum non meam sententiam. Interloquebatur D. Matthæus Aulberus: Domine Præceptor tamen vos etiam subscripsistis. Respondet Philippus: Mi Matthæe, ego multa scripsi, quæ mihi jam non probantur. Putatis me intra triginta annos nil profecisse. (f) Mortalitatibus exuvias deposuit Aulberus Anno 1570. ætatis 75. Stuttgardiæ in Templi Xenodochialis Adyto, Chorum aliàs vocant, sepultus, ubi & Epitaphium ejus extat tribus tantum verbis Germanicis. Oratione Funebris eum Tubingæ laudavit Jacobus Andrea, (g)

Nicode-

(f) J. Andrea apud Fecht. Theol. Epist. p. 580.

(g) Catal. Script. in Fama Andream.

Nicodemus Frischlinus his eum
maectat encomiis: (h)

Qualis enim quantusque olim pietatis in armis

Aulberus fuerit, fama recenset anus.

Nempe COMES MAGNI FIDUS fuit ille LUTHERI

Reutlingæ sanctas pascere jussus oves.

Non illum rabies Italorum insana luporum

Terruit: infracti mens erat aqua Viri.

AULBER hic in toto jam pridem innotuit Orbe,

Casurum nullo tempore NOMEN habens.

JOANNES ISENMANNUS, Gene- *Cl. 1548.*

ralis Superintendens Tubingensis & *Ob. 1574.*

Abbas Anhusanus Evangelicorum primus,

ortum suum debet Halæ Suevorum Imperiali. Li-

teris in Scholâ Patriæ excultus in Academiam Hei-

delbergensem ulteriorum profectuum causâ se con-

tulit. Ex quâ in Ministerium Halæ obeundum 1525.

revocatus & Johanni Brentio in Collegam datus,

quem in Opere Reformationis dextrè & constanter

adjuvit, & in periculis Collegiali fide prosecutus est.

Sed & ipse passionum Christi particeps factus ob re-

pudiatum à se Religionis Intermistice decretum, pa-

triâ extorris factus in Wirtembergiam venit. A. 1548.

ubi primò Pastor Uracensis constitutus est, in cujus

ædibus J. Brentius aliquandiu delituit. Inde Tubin-

gam provectus Antistitem Ecclesiæ & Generalem

Superintendentem per aliquot annos egit; Tandem

rudis vice Monasterii Brenz Anhusani (quod ut re-

liqua Ducatus Wirtembergici Claustra in Scholam

D 3

trede-

(h) *Eleg. libr. 8. Eleg. 2. It. libr. IV. Eleg. 1.*

tredecim Alumnos sustentantem conversum erat,) Abbatiam An. 1558. suscepit. Generum ex filiâ Catharinâ consecutus est J. Brentium modò laudatum An. 1551. ex qua 12. vidit nepotes. Vir pietate & eruditione insignis, variarumque linguarum peritus, cujus ferream patientiam & reliquas dotes celebrat Nic. Frischlinus. Anno 1551. d. 4. August. Salzam cum Beuerlino Confessionis Evangelicæ causâ proficisci jussus. An. 1557. mense Augusto à Christophoro Duce unâ cum Jacobo Andrea Francofurtum adductus est, ut de modo & formâ Colloquii Wormatiensis cum aliis Theologis deliberaret. An. 1561. Confessionem Wirtembergicam divisim cum J. Brentio, Beuerlino & Heerbrando operis, vasto volumine contra Petrum à Soto, Hispanum defendit. Unde Proverbium seu Diſterium illud, daß groſſe Buch von Tübingen orrum, D. Raithius conjectatur. Senio confectus ad meliorem vitam abiit. Anno 1574.

Nicodemus Frischlinus Eleg. Libr. IV.
de illo sic canit.

*Vir pietate gravis, senio confectus & ævo
Pectore qui magno maxima sæpè tulit.
Viribus infractus, tolerandis cladibus asper,
Damnaque jampridem doctus iniqua pati.
Unde Siderandrum vero cognomine Grajus
Hunc vocet, hoc ipso conveniente rei.
Ferreus est illi mentis vigor, altaque Virtus
Vel durum ferrum damna ferendo quatit.*

Divi-

Divinâ pietate senex animoque decorus

Et Pater & turba portus & aura suæ.

Quid loquar Ingenium doctrinâ pluribus auctum

Religionis amans, integritate potens?

Quid linguam vario sermonum idiomate cultam?

Quid vitam, vitiis quæ sine gesta, loquar. &c.

Scripta.

Resutatio tertiæ Partis Sotici Scripti, cui titulum fecit de Utilitate & necessitate aliorum iudicio sine suo proprio credendi. Francofurti. 1561. in fol.

JODOCUS NEOBOLUS, Germanicè Neuheller / Pastor Endringen-
sis, Natus erat Ladenburgi in Palatinatu
Inferiore, Anno Christi 1504. Evange-
lium Entringenfi in pago prope Tubingam sito pri-
mus & per 32. annos prædicavit. Vir pius & do-
ctus, qui ex Aug. Brunnii & Godofredi Thummii,
(a) discipuli quondam sui testimonio, in lectione Pa-
trum diligentissimè versatus erat; qui tria, qui se-
ptem, qui totum scibile novit. Non postremæ
existimationis & autoritatis Virum fuisse vel exinde
patet, quod An. 1551. Jacobo Beuerlino, Cancellario
Tubingensi, in Legatione ad Concilium Tridentinum
solus primùm ex Theologis fuit adjunctus,
(b) eo haud dubiè consilio, ut in Disputatione cum
Pontificiis instituendâ præstò foret, qui Confessio-

D 4

nem

(a) Chron. Manuscripto.

(b) J. C. Kumerseh Applaus. Char. & Charit. p. 20. ex
Gressi Annales, P. III. p. 682.

nem Wirtembergicam etiam ex Patribus defenderet. Cum verò periculum imminere non obscurum esset, Legati sumto expatiandi prætextu, reversi sunt. An. 1557. Herren-Albam in Monasterium, ut Alumnorum Ducalium Informationi præesset, traductus, elapso triennio circa tempus Paschale Endringam rediit. (c) An. 1563. in libros aliquot Schwencfeldianos, quibus istius furfuris homines sua dogmata in hoc Ducatu passim disseminare sategerant, partitis cum Jo. Brentio, Jac. Andreae & Heerbrando laboribus, ex Illustrissimi Principis mandato censuram ferre iussus est. Filium genuit, Johannem, in officio Successorem, Theologum & Historicum exercitatum. Mortalitem explevit d. 28. Julii. A. Chr. 1572. ætatis. 68. (e)

Cl. 1554.
N. 1508.
O. 1586.

PPRIMUS TRUBERUS, Rosterlicii, pago Carniolæ, tribus milliaribus à Labaco natus est, An. 1508. Puer à Patre Salisburgum missus, ubi literarum rudimenta percepit, Viennam verò Austriae ablegatus, pane ibi publice mendicato vixit. Deinde Petri Bonomi, Episcopi Tristani Symphonicis adjunctus A. 1527. Laceæ Parochus est ordinatus, & An. 1542. Canonicus ad Martini Fisterntis A. 1547. Accidit autem, ut sub id tempus mulierculæ quædam malæ famæ jactitarent apparitiones quorundam Sanctorum, eosque in diversis locis fana sibi dedicari iussisse perhiberent, sub comminatione variarum poenarum, unde Vulgus magnas oblationes fecit. Cum igitur

(c) Thummius l. c.

(e) A. Brunni Synopt. Lib. p. 93.

igitur Truberus cultus istos Idololatricos taxasset, jussu Urbani Textoris, Episcopi Labacensis, omnibus suis beneficiis exutus, & Bibliothecâ ultra 400. florenos assurgente, spoliatus est. A. seq. ortâ novâ persecutione, Provinciâ Carniolana ejectus, primùm Noribergam venit, inde promotione Urbani Regii, ad Ministerium Rotenburgi ad Tubarim vocatus, ibi uxorem duxit, fideliterque Ecclesiæ inservivit. An. 1552. Ecclesiæ Campensi præfectus, octennium Evangelium ibi docuit An. 1560. ad suos in Carniolam remigrare volens, cum ob impedimenta non posset, à Christophoro Duce Wirtembergico Pastor Auracensis constitutus est, ubi annum docuit. An. 1562. Iterum Labacum vocatus, permisso Principis sui, eo abivit, sed statim ab hostibus suis calumniis impetitus, in Aula Imperatoris Ferdinandi ad Tribunal Episcopi Labacensis citatus, intrepidam fidei suæ Confessionem cum fructu edidit. Iterum deinde, quantumvis deprecantibus Ordinibus Carniolanis, patriâ exire jussus, reversus Tubingam primum Ecclesiæ Lauffenæ præfectus est. Cum verò semestre ibi fuisset, Berendingam non procul à Tubinga translatus est, ut operis Typographicis adesse posset. Invenerat enim ipse artem literis Slavonicis scribendi antea nunquam visam, nec in literis vel libris usurpatam. Itaque Typographiam Wandalicam instituit, atque varios Libros Theologicos primus in Linguam Vandalicam vertit, Biblia Sacra præsertim, adjutus Liberalitate & subsidio Christophori Ducis Wirtembergici, nec non liberi Baronis Ungnadii. Quibus laboribus effecit Truberus, ut Evangelii Doctrina non solum in Ducatu

Carniolæ, sed & Carinthiæ, ipsaque Turcia fuerit propagata. Vixit autem Berendingæ in annum usque vicessimum, & officio suo Pastoralis diligenter præfuit. Anno 1567. Cum Ordines de eo in Patriam revocando in aula Archiducis egissent, ab amicis rogatus, ut à Turcis captivis in eâ provincia Exemplar Alcorani conquireret, ejusque versionem adornaret. Venit igitur in Carniolam & examinatis duobus Turcis uno Wascha (sive Bassa,) & altero Sacerdote exemplum fidei ipsorum acquisivit. Ad ultimum in Wirtembergiam reversus tandem placidè inter preces Berendingæ expiravit, cum novem tantum diebus decubuisset d. 29. Junii An. 1586. ætatis 78. Moribundum cum consolaretur Pastorum aliquis & præsentem ad Orationem exhortaretur ipse exclamavit: Textum! Textum! Dicta sibi è Sacra Scriptura in memoriam revocari desiderans. Concionem funebrem dixit Jacobus Andreæ Cancellarius Tubingensis ex 2. Timoth. 4.

Epitaphium apposuit Martinus Crusius sequenti Carmine:

Vir tumulto hoc sanctus de Slava est gente sepultus

PRIMUS: Qui Christi Nomine multa tulit.

Transtulit in Patriam divina Volumina linguam

Sparsit in Eoas dogmata sancta plagas.

Pulchrè certavit. Cursum ratione peregit:

Nunc ipsum in Cælo pulchra Corona manet.

vid. Melch. Adami. Vit. Theol. Germ. edit. in fol. p. 273, seqq. & ex eo Paulus Freherus Theatro Illustr. Vir. p. m. 266, col. a. b.

Scripta,

Scripta.

Slavonicè reddita.

Novum Testamentum.

Catechismus Lutheri.

Confessio Augustana.

Loci Communes Theologici.

Examen Melanchthonis.

Ordinatio Ecclesiastica.

Postilla Lutheri.

Biblia Slavonica. Witebergæ. 1584. fol. in duobus
Tomis.

Germanica.

Psalterium explicatum.

OTTO LEONHARDUS HOFF- *Cl. 1550.*
SÆSSIUS, Abbas Monasterii *Ob. 1572.*
Murrhardtenfis, quod Eremitas Ordinis Benedictini olim aluit, in oppido adjacente natus, Patre Præfecto Pontificiis partibus addicto. A quo non solum in Religione Papæâ educatus, sed & Monasticæ Professioni dicatus est. Unde factum, ut cum Monachi in domicilia sua Imperatoriâ potestate tempore Interimistico postliminiò restituerentur, ipse in atate juvenili ferè puer adhuc in Abbatem electus fuerit. An. 1548. Christophoro autem Duce Monasteria denuò reformante aliorum securus exemplum doctrinam Evangelii amplexus est. Anno 1552. Insulamque decem Adolescentes Inspectioni suæ commissos regens, viginti annis tenuit usque

que ad An. 1572. Memoriam ejus inter primos Ab-
bates Reformatæ Religionis posteritati commenda-
vit Nicodemus Frischlinus Eleg. IV. sic de illo ca-
nens :

*Nunc ea linguarum bis quinos nutrit Alumnos
Artibus additos doctiloquisque sonis.
Quos Leonhardus Otho veræ pietatis Amator
Imperio studiis conveniente regit.
Is nuper tenebris & cæca nocte Papismi
Obrutus, errorum nube sepultus erat.
Ast ubi cælestis jubar explicuere nitores
Dogmatis & voces emicuere sacræ.
Hunc quoque justifici radiorum verbera Solis
Strinxere & cultus edocuerunt pios.
Quos ille arripiens animo felice priori
Neglecto verum tramite carpsit iter.*

N. 1510.
O. 1547.

CASPARUS THUMMIUS, Pastor
Wolffschlugensis, Dioceseos Nür-
tingensis pago, ubi & A. C. 1510. die 14.
Febr. qui erat Valentini, natus est Conrado Patre, ibi
per 42. annos Pratore. Literarum rudimenta sub Lu-
dimagistro plebano jecit in patriâ An. 1519. Tubin-
gam deinde translatus in Schola triviali & Academiâ
eò usque profecit, ut An. 1530. die S. Margaretæ,
uno saltem Competitore, laureâ secundâ ornatus
fuerit. Eodem anno Sponsam sibi elegit Apollo-
niam Heermanniam, Kirchemio sub Teck oriun-
dam. Nuptias verò An. 1534. demùm celebravit
& cum conjuge aliquandiu privatus vixit, usque ad
Reformationem Ecclesiæ Wirtembergicæ, quæ anno
insequente per Uiricum Ducem ditiones avitas armis
recu-

recuperantem erat suscepta. Itaque primus ex Studioforum Ordine Pastor Evangelii in patriâ suâ Wolffschlugen ordinatus. Filium genuit Godofredum, Chronici Wirtembergici Manuscripti Collectorem, Theodori Thummii, celebris Theologi, Patrem. Diem obiit supremum festo Annunciationis Mariæ. An. 1547. relictis masculis tribus & totidem fœmellis. Indicem in Valerium Maximum jam anno 1527 collegit, qui operi in calce est adjectus. Hæc ex memorato Chronico ad Annum. 1535. & 1547.

GEORGIUS UDAL, Monasterii Cl. 1558. Laureacensis Abbas & Serenissimi O. 1576. Consiliarius, honestis parentibus natus. Inter primos Collegii Ducalis Augustiniani incolas adeo feliciter adolevit, ut inter summos & præclarissimos Viros, qui ex eo Stipendio velut equo Trojano prodierunt, à Nicodemo Frischlino, Poëta commemoretur, atque ante alios honore dignus iudicetur. Sed & in Libro Concordiæ Nomen ejus cum præcipuis Wirtembergiæ Theologis subscriptum legitur. Insulam quippe Præsularem inter primos Evangelicæ Religionis Archimandritas jam Anno 1563. fuerat consecutus. Diem vero supremum obiit A. 1576. De illo N. Frischlinus sic *πνευματικῆς* fidem ejus potissimum erga quatuordecim adolefcentes, Cœnobio isti immisos, dilaudans:

*Hic tenet Abbatis curvata Georgius Udal
Sceptra, piaq; animos imbuit arte rudes.
Persugium columenque suis & dulce levamen
Cujus & extentam sentit Alumnus opem,*

Egregiis

Egregiis animi cultus Virtutibus AB B A S
 Sive artem videas, seu pietatis opus
 Quique Dei cultus Davides alter bonorat,
 Et quacunque potest arte juvare, juvat.
 Sacraque Cœlestis pangit penetralia Verbi
 Inclutus, & vivo germine pascit oves.
 Inde etiam multo poliens sudore juventam,
 Heu quam difficilis munia sortis obit.
 Candorem queris? nigro caret ille veneno,
 Et nihil in toto pectore fellis habet.

Cl. 1558.
 Ob. 1577.

BARTHOLOMÆUS CASEUS,
 Præpositus Denckendorffensis, Generalis Superintendens & Senatus Provincialis Adfessor, ex oppidulo Binnicken, propè Brackenheimium patre fabro ferrario satus. Donorum Virtutumque præstantiâ sub Providentiâ divinæ Nutu ad summas in hoc Ducatu dignitates Ecclesiasticas pervenit eâ ætate, quâ longè alia facies Abbatiarum erat. Quantæ enim existimationis sub Papatu fuerint illius Cœnobii, quod ad sepulcrum Domini appellabatur, Archimandritæ ex Inscriptione, quam Johannes Stœfflerus celebris Mathematicus ephemeridibus suis fecit, colligi potest, quæ sic sonat: Reverendo in Christo Patri, Domino Petro, Divi Pelagii in Denckendorff, Præposito, Canonico & ordinis Sacro Sancti Dominici Sepulcri Hierosolymitani, & ejusdem Ordinis per Alemanniam altam & bassam Vicario Generali celeberrimo. Istum Petrum in Præpositurâ insecutus est Ulricus Fabricius Felleyfen, Ulrico Principi charus. Vir grandis
 staturæ

* Nic, Friſch, Libr. IV, Eleg.

staturæ & venerandæ faciei. (a) Cui deinceps anno 1557. successit Bartholomæus, qui Alumnis pedo suo concreditus paternè præfuit. anno 1577. Concordiæ librum suâ mana comprobavit; eodemque ad Cœlites abiit. Encomia Viri Nic. Frischlinus sequenti Carmine exponit:

Bartholomæus ibi rerum moderatur habenas

Cæsus, & studiis mitibus addit opem.

Cujus inest animo Verbi doctrina sacrati,

Ingenuaque artes, doctificusque Vigor.

Cujus inest ori patriæ facundia linguae

Ausonios edens Teutonicosque modos.

Cujus inest vitæ pietas, candorque, fidesque

Cui nihil in toto pectore fraudis inest.

Quique suam multis Spartam Virtutibus ornat,

Seu doceat populum, seu regat ille Scholam.

PHILIPPUS DÆGIUS, sive De- *Cl. 1558.*

genius, Abbas Herren-Albensis *Ob. 1588.*

Monasterii, quod à Bertholdo Comite de

Eberstein, in Choro Templi ejus sepulto, an. 1148.

conditum esse perhibetur. Ex oppido Uracensi

Wirtembergico ortus, jactis literarum fundamentis

Cisterciensium Ordini in illo Cœnobio sese addixit.

Ubi post Casparem, Trippelmann dictum, Abbas

constitutus An. 1555. Evangelii doctrinam recepit.

Cœnobium itaque anno 1557. in Scholam Alumno-

rum conversum, cui sub Inspectioni ipsius Degii &

Informatione Jodoci Neoboli atque Georgii Blossii,

Præceptorum, 18. Claustrales immissi sunt. Sed

& uxorem, duxit Philippus Abbas, ex quâ genuit.

Johanni

(a) *Thummi Chron.*

US,
Ge-
vin-
Bra-
rum
vinæ
esia-
oba-
Pa-
Do-
one,
ticus
c so-
etro,
oni-
tero-
n al-
tum
abri-
andis
turæ

Johanni Enslino, J. U. D. & Senatus Ecclesiastici Directori conjugatam. Concordis Doctrinæ Typo subscripsit, anno 1577. ubi ejus Nomen inter præcipuos Wirtembergiæ Theologos comparet. Aureolam in Cælo tulit in extremâ senectute vitæ mortalis expers redditus, An. 1588. Elogia illius nobis conservavit Frischlinus hisce metris. Eleg. IV.

*Degius hic Abbas senio confectus 5 annis,
Vivit 5 Abbatis munia digna subit.
Cui nihil in Vita prius est, quam fidere Christo,
Salvificamque piâ mente tenere fidem,
Quam prius in tenebris versans 5 nocte Papatus
Nesciit: at solidâ nunc pietate sovet.
Luceque perpetua cœlestia Sacra tuetur,
Ac sibi commissæ munera sortis agit.
Cujus 5 officium NOSTRAS ECCLESIA sentit
Et merita grates, pro pietate canit.
Cetera quid referam, vivit sine labe beatus
Et nihil in sacro pectore fraudis habet.*

N. 1519.

Cl. 1558.

Ob. 1591.

MATTHÆUS VOGELIUS, Græco nomine aliâs Orneus dictus, Abbas Alpirtpacensis & Serenissimi Wirtembergiæ Ducis Consiliarius, vitam inchoavit Noribergæ d. 7. Septembr. An. 1519. Patre Leonhardo, paupere quidem sed tamen pio Cum in Patriæ Scholâ Sebaldina fundamenta studiorum jecisset, à parentibus anno 1534. Tubingam primum, deinde & Witebergam, ut Lutherum & Melancthonem audiret, missus est. Inde verò à Senatu Noribergensi ob Patris egestatem ad functionem Scholasticam ibidem obeundam revocatus, sed propter

propter singularem Ingenii præstantiam à Vito Theodorico, Ecclesiæ Sebalдинæ Pastore, Andreæ Imhofio, Seniori adeò commendatus est, ut per quinquennium ad continuanda studia Theologica subsidia illi subministrârit. Quo pacto ad Scholam Wittebergensem reversus, An. 1541. primam & 1547. secundam lauream in testimonium eruditionis reportavit. Hinc porro variis speciminibus ipsi Luthero, Melanchthoni & Pomerano in examine publico in tantum se comprobavit, ut præclaro illum ornarent encomio, dignumque functione Ecclesiasticâ judicarent. Vacante igitur tùm temporis Parochiâ in oppido Lauffen, prope Noribergam, à Senatu Norico evocatus, triennio ibi præconium Evangelii fecit. Ab hac statione an. 1548. Noribergam ad D. Jacobi Ecclesiam promotus non solum concionando, sed & confitendo, Dei Ministrum fidelem se declaravit. Formulam quippe Interimisticam detrectans amplecti, patria pulsus an. 1549. Conjugem & Parentes per mortem amisit. Itaque in Borussiam secedens Welaviæ oppido Pastoris officio per quadriennium defunctus, alteram uxorem duxit, Inde Regiomontium in Academiam & Ecclesiam allectus per 12. annos fideliter docuit, utilemque & Scholæ & Ecclesiæ operam præstitit. Tandem è Borussia propter dissidia Osiandrica, & perturbatum Ecclesiarum ejus regionis statum, cum uxore & octo liberis secedere coactus, à Christophoro Duce, Nutritio Ecclesiarum & Scholarum summo, hospitio exceptus fuit, qui cum non statim commoda functione illi prospici posset, Kirchemii eum per dimidium annum pro alimonia subsidium hebdomada-

E

tim

tim subministravit. Postea Hornbergam ad Pasto-
 ratum Vicinarumque Inspectionem, quinquaginta
 florenorum augmento ad pristinum salarium, pro-
 movit. Ibi quadriennio ferè exacto Göppingam
 translatus, & paucis annis post Superintendens Vici-
 narum designatus est; Tandem ætate ad senium de-
 clinante Ludovicus Princeps jam sexagenarium gra-
 vioribus negotiis sublevavit, atque Abbatiae Alpir-
 spacenſis Cœnobii, quod Scholares tum alebat, præ-
 fecit. Ubi per undecim annos Ecclesiam & Scho-
 lam plantavit & Thesaurum suum ad umbilicum
 perduxit. Cum enim in patriâ Noribergâ etiam-
 num versaretur, Vitus Theodoricus Patronus ejus
 autor illi fuerat, ut omne tempus à laboribus sacris
 vacuum domi legendis Bibliis impenderet, & ex sin-
 gulis capitibus dicta insigniora enotans locos Theo-
 logicos adornaret. Quod dum faceret ille, subna-
 tus est illi Thesaurus ille, in quo quadraginta am-
 plius annis laboravit. (a) Cujus editioni sollicitè ob-
 stetricatus est Lucas Osiander. (b) Conjuges habuit
 successivè tres, quarum secunda Gnadſeelia, (Gnadſe-
 ſeel/) quæ Welaviæ in Ecclesiâ Evangelicâ sacri ba-
 ptismatis fonte prima fuit abluta, (c) tredecim, libe-
 rorum benedictione illum beavit, interque istos Filio
 cognomine, qui post aliquot functiones honorificas
 Præpositus Heerbrechtingenſis factus, vastos Patris
 Tomos in Epitomen Latine versam redegit. Sunt
 autem Septem illi Tomi, B. Tobia Wagnero, (d)
 Canc.

(a) Melch, Adami. *Vit. Theol.* edit. nob. p. 313. 314.

(b) Fecht, *Epist. Theol.* P. IV. p. 457.

(c) *Vid. Henr. Efferhen, in Conc. Fun. Vogelii, Junioris.*

(d) *Memor. Pregiz, p. m, 15.*

Canc. Tub. Judice, Opus verè aureum, quod The-
sauri Titulo insigniverat Author, unde ab ipso cele-
berrimus Ecclesiæ Thesaurarius vocatur. Primus
Operis Tomus Francofurti primùm sub Titulo:
Medicina Animæ: Seelen - Arzney. An. 1572.
prodiit. (e) Inter ceteros eminet ultimus, Historiam
Christi & Apostolorum complectens. Pientissimus
Dux Wirtembergiæ Ludovicus libros istos summâ
Animi voluptate sapius evolvisse, & apud alios, quan-
tum potuerit, commendasse scribitur. (c) Cæterum
Vogelius non tantum in Exilio & per mortem suo-
rum multa perpeßus, verum etiam tristissima Pestis
tempora aliquoties expertus est; usque dum ex hac
lacrymarum Valle beatus emigraret; quod factum
d. 3. Decembr. An. 1591. ætatis 73. Ministerii 45.
Vitam ejus descripsit filius. Præfat, citat. quam recu-
di fecit Melchior Adami, & in Compendium rede-
git Freherus. p. 285. conf. A. Brunnii Syn. p. 107.

Scripta.

Dialogus von der Rechtfertigung des Glaubens
samt einem Bedencken/von dem Zwi-
spalt über solchen Articul/ und Antwort auf
D. Johann Mörlins Send-Brieff und Apo-
logiam. An. 1557. in 4.

Zwey Predigten von der Fußwaschung Chri-
sti. Königsberg. 1558. in 4.

E 2

Trost

(e) Fecht. loc. cit.

(c) Præfat. Thesaur. Theol. Latin.

Trost oder Seelen-Arzhney, Buch / in welchen
105. schwereste Anfechtungen und Creuz /
damit fromme Christen in der Welt gequä-
let werden / verfasst sind. Grancsfurt. 1572.
1618. in fol.

Biblische Schatz-Kammer in VII. Theilen
Grancsfurt und Tübingen. An. 1572. 1585.
1592. 1603. 1607. 1708. in folio. *Epitome The-
sauri Latinae Tubingæ.* 1609. 4n 8.

Summarischer Außzug der Schatz-Kammer. Tü-
bingen. 1588. 1611. fol.

conf. G. Draudii Biblioth. Class.
German. pl.

Nat. 1519.

Clar. 1558.

Obiit 1596.

CHRISTOPHORUS BINDERUS,
Generalis Superintendens & Abbas
Adelbergensis, Serenissimi Consiliarius
& Senatus Provincialis Adfessor, auras vi-
tales primùm hausit Grezingæ, Præfecturæ Nürtin-
gensis oppidulo An. Chr. 1519. Post Scholas Tri-
viales studiis Tubingæ incubuit per novennium. Ibi-
demque Magisterii Gradum adeptus, Diaconum
primò Göppingensem, porrò Pastorem Dencken-
dorffæ per biennium egit, Stuttgardiæ deinde An.
1545. per annum. Inde Grezingam traductus, ubi
12. annos commoratus; Nürtingæ Theodorico
Snepfio in Pastorum An. 1557. successit, factus
insimul Generalis Superintendens, cui officio 8. an-
nis præfuit. Anno 1565. tandem Abbas Monasterii
Adelbergensis in Ducatu constitutus juventutem
Scholasticam curæ suæ commissam ultra 30. annos
fidelissi-

fidelissimè moderatus est. Conjugium iniit alterâ Vice primò cum Apolloniâ Hermanniâ, Conradi Thummii, Viduâ; deinceps cum Anna Mariâ Erhardiâ, Joh. Gailingii Pastoris Bottwarensis suprà laudati, Viduâ, ex quâ filios genuit Georgium Pastorem Roswoldensem, & Christophorum Ratisbonensem. Filiam verò, Wilhelmo Holdero, Antistiti Ecclesiæ Stuttgardianæ nuptam. Nepotem ex filio natu majore habuit Christophorum, Ecclesiasten Aulicum & Abbatem Mulifontanum, de quo infra. Cæterum variis & gravissimis negotiis adhibitus, jussu Wirtembergici Ducis Christophori anno 1562. Reichenweiheram, deinde cum D. Jacobo Andrea, Præposito & Cancellario Tubingenâ, Jenam & Vinariam in causâ Victorini Strigeli, ablegatus est. An. 1571. Ecclesiam Mompelgartensem cum J. Andrea visitavit. Ibi namque Daniel Tossanus in Ministerium sese insinuaverat, qui verbis equidem dissensum à Calvino contestatus, Calvinistam se nominari ægrè terebat, cum interim dogma Calvini non in sinu tantum foveret, sed & pro Concione, rectè tamen, spargeret & privatim in domos irrependo disseminaret. Re igitur comperta per Andream & Binderum Commissarios Wirtembergicos dimissus est. (a) Porro Binderus an. 1577. Formulæ Concordiæ subscripsit. Anno 1594. cum Eberhardo Bidembachio Ratisbonam ad Comitiamissus pro viribus suis dissidia hæc in locis inter Theologos exorta composuit. Ab his Comitibus domum reversus ægrotare cepit & viribus sensim deficientibus, morte beatâ vitam finiit Adelbergæ d. 31.

E 3

Octo-

(a) Caroli Memorab. Tom. I. Libr. 1. p. 39.

Octobris horâ 1. pomerid. Dominica XXI. post Trinitatis An. 1596. ætatis 77. Ministerii. 53. (b) Concionem Funebrem habuit Andreas Grammerus Abbas Bebenhusanus ex Daniel. XII. v. 48. quam vide. Nicodemus Frischlinus Libr. IV. Eleg. sequentibus eum deprædicat :

An quisquam laudes BINDERI carmine dicat ?

Et quisquam meritâ concinat arte Virum ?

Arte Virum celebrem, vera pietate micantem,

Ingenii magnum dotibus, ore gravem.

Consiliis dextrum, verbis cœlestibus acrem,

Eximium studiis, integritate probum.

Ejus tempore factum Grezingæ, ut oppidani per jocum fortè canales vel tubulos in proximo lacu arreptos muris imponent, quos tormenta esse rati milites Hispani oppidum præteriêre. Enim verò non his tubulis, sed Bindero potius conservationem suam debuerunt Grezingenses, cum enim an. 1546. mense decembri manus Hispanorum occupandi ejus loci causâ advenisset, ipse Pastor Capitaneis extra portam obviis processit, statumque oppidi tenuem commemoravit, cujus sermonibus permoti iterum discesserunt, posteaque intactum reliquerunt. G. Thummii Chronicon.

Nat. 1521. Obiit. 1600. **JACOBUS HEERBRANDUS**, Theologiae Doctor & Cancellarius Tubingensis, Ecclesiæque Præpositus, Giengæ in Sueviâ, oppido Imperiali natus est, ex antiquâ familiâ, d. 12. Augusti 1521. Parente Andrea,

(b) *Ercheri Theatrum, Part. I. Sect. III. p. 301.*

drea, literarum & doctrinæ Lutheranæ Cultore, Matre Barbarâ Martini, præcipuæ illius loci profapiæ. Septennis in ludum missus pietatis studium ante omnia excoluit, Bibliæque Lugduni an. 1519. impressa legit jugiter. Jactis ita in patriâ rudimentis Grammaticis, Ulmam deductus est à Patre, anno 1536. ubi sesquiannum commoratus utriusque linguæ fundamenta hausit. Cumque sub id tempus Erasmi Roterodami mortui jam, Colloquiorum liber esset in Scholas introductus, qui, quod Pontificiorum errores alicubi demonstret, à Paulo V. publicè proscriptus fuit, nihilo tamen minus ab Heerbrando lectus, anno 1538, à Patre Witenbergam ablegatus, ut Lutherum & Melanchthonem audiret, studiis, ibi tam sedulus incubuit, pravaque aliorum consortia eo usque vitavit, ut inde Noctua Suevica à quibusdam Convictoribus, potui & aleæ deditis, vocatus fuerit. Melanchthioni per literas amicorum commendatus diligentia suâ, studioque singulari amplius se commendavit. anno 1540. ibidem Magisterii gradum cum laude consecutus, privatim deinde docuit alios, eoque sumtibus parentes, duobus quinquennii, quo Wittembergæ versabatur, ultimis annis sublevavit, ne forte fratribus detrimento esset. In Patriam reversus specimen à Pastore jussus edere festo Pentecostes, rarâ hominum frequentia Concionem cum applausu omnium habuit. Quo parentes exhilarati Stuttgartiam eum miserunt, ubi Ecclesiis Wirtembergicis operam suam obtulit. Cumque Erhardus Snepius, Generalis Superintendens illum examinaret, propositis duabus quæstionibus, ad quas aptè promtèque respondit Heerbrandus,

iste in hæc verba prorupit : Dominus te mihi obtulit. Vacante itaque tùm Göppingensi Parochia cum Vicinarum Inspektionē, huic eum confestim præficere voluit Snepsius. Sed Heerbrandus cognito, quod Diaconatus Ecclesiæ Tubingensis non minùs vacaret, amorem studiorum prætendens, Spartam posteriorem elegit. Itaque an. 1544. d. 5. Septembr. disputatione sub Præsidio Snepfii de Ecclesiâ, munus inchoavit, quo in sextum usque annum dextrè functus est, in quartum annum calebs, & Mathemata privatim docens, crebras etiam Conciones in Arce Tubingensi habuit coram Principe Ulrico, qui juvenem amavit, magnum aliquando Theologum prædicens futurum. Anno 1548. ob repudiatum Interim officio motus, ab Oswaldo Schreccenfuchio linguam Hebraicam addidit. Anno 1550. à Duce Christophoro Pastor & Superintendens Ecclesiæ Herrenbergensis constitutus, paulò post cum Jacobo Beurlino, Theologiæ Doctor creatus est Tubingæ. Sæpe tunc ad eum excurrit salutandi causâ J. Brennius, familiaritate illius mirificè delectatus, adeò, ut aliquando in hæc eruperit verbâ : Quoties video te, toties gaudeo. Quærenti Heerbrando causam, respondit: Nam & tu Ecclesiam docendo juvabis, longè latèque sinceram doctrinam sparges; eris Ecclesiæ præsidio & ornamento. An. 1551. Tridentum missus est cum Theologis Wirtembergicis, Legatus ordine tertius, Confessionem Ducis Christophori PP. exhibens. An. 1556. unâ cum J. Andreæ & Simone Sulzero ad reformationem Marchionatus Badensis, à Carolo Marchione vocatus & in Superintendentem Generalem desideratus familiam transtulit

lit Pforzhemium ; ubi & Ordinationem Ecclesiasticam conscripsit à memoratis Theologis approbatam. Anno insequente Alberto Marchioni Brandeburgico exulem ibi locorum agenti in extremis adstitit, piumque illius ex hac vitâ discessum scripto declaravit. Circa id tempus ab Ottone Henrico, Electore Palatino in Scholam Heidelbergensem honestissimo salario invitatus, sed ipse pro honorifico judicio de se gratias egit, jamdum Academiæ Tubingensi operam suam pollicitus, quam paulò post constitutis benè rebus in Marchionatu Badensi adiit. Ibi Pentatevchum ordinariâ lectione interpretatus 40. annorum curriculo quater absolvit, eundemque pro Concione publicè explicuit. An. 1561. Collegii Ecclesiastici Decanus est constitutus & Alumnorum Principis Superattendens primarius. An. 1562. à Saxoniæ Ducibus Jenam ad docenda ibi sacra fuit evocatus, oblato mille florenorum stipendio ; verùm prudenti Wirtembergiæ Ducis Consilio dimissus non est. An. 1577. ab Hassiæ Landgraviis literis peculiaribus ad Serenissimum Principem Wirtembergicum missis, ad Professionem in Academiâ Marpurgensi efflictum quæsitus, partim ob provectam ætatem, partim ob alias causas prægnantes se excusavit, inque vicem sui Ægidium Hunnium substituit, Reuchlini Exemplum secutus, qui Melancthonem Electori Saxonico pro se commendaverat, dictitans : Hunc fore alterum Reuchlinum. An. 1590. post facta Jacobi Andreæ, Heerbrandus Ducis Wirtembergici Consiliarius, Ecclesiæ Tubingensis Præpositus, Academiæ Cancellarius & Illustris Collegii noviter erecti Ephorus declaratus est. An. 1598. autem vi-

E 5

ribus

ribus ex senio deficientibus munus docendi in Scholâ & Ecclesiâ resignavit, ideoque rude donatus, annum tamen ad dies Vitæ stipendium accepit. Conjugali vinculo se devinxit anno 1547. Margaretæ, Conradi Stamleri, Consulis Tubingensis Filix, ex quâ undecim suscepit liberos, interque illos filium Christophorum, ex quo Wilhelmi Concionatoris Aulici Avus factus est. Laudatur à Quenitedio, (a) ut Theologus nominatissimus, qui variis scriptis adversus Romanenses felicissimè pugnavit, & aureo illo suo Compendio Theol. de universâ Juventute præclarissimè meritus est. Matthias Hasenrefferus pietatem Viri insignem, præstantem eruditionem, humanitatem, justitiam, pacem, aliarumque Virtutum nobilissimum Chorum deprædicat, ipsumque cum Jacobo Patriarchâ confert. (b) Erat voce styloque Germani Nudator pectoris, superior de ambone præco, cujus masculum robur sensit superbiens Hispanus Jesuita, Gregorius de Valentia, juxta B. Raithii elogium. Jubil. II. Acad. Tubing p. 102. Vir rerum Theologicarum profunditate, morumque Theologum decentium gravitate suo tempore in Germania nulli secundus, de cujus Compendii celebritate Cellius Poëta nostrâs scripsit, quod Germania ejus capax non fuerit, excessisse eam tantum ad non Antipodes ut distichon haber:

*Compendi illius quæ sit præstantia Sacri,
Europæ atque Asiæ jam didicere plagæ.*

Etenim

(a) *De Patriis Illustr. Virorum* p. 182.

(b) *In Programm. Univ. Tubingens. conf. Echii Supplim. H. E. p. 37.*

Etenim Johannis Zygomalæ & Jeremiæ Constantinopolitani rogatu, à Martino Crusio Græcè conversum, Constantinopolim, Alexandriam in Ægyptum, imò in Tartariam usque penetravit, (c) Quo pacto Nobilis Polonus à Lutky lectione alicujus librorum ejus ad amplexum veræ Religionis permotus fuerit, Hentricus Braschius memorat. (d) Cate-rum duo sunt, quæ singularem observationem merentur in hoc Viro, videlicet, Biblici Exemplaris unius usus & crebra lectio. Id quippe annotationibus ad marginem scriptis ita opplevit, detrivitque legendo, ut spatii nihil reliquum, quædam etiam vix legi potuerint. Thesauri ista loco, nec immerito habuit, precioque centum florenorum æstimavit. Deinde, candor & studium erga externos, quos consolationibus & consiliis in gravissimis negotiis, quantumcunque potuit, juvit, ita, ut tanquam ad Oraculum confugerint Principes, Comites, Barones in Austriâ, Styriâ, Carinthiâ, Carniolâ, Hungariâ, atque ex ipsis finibus Turcicis ejus opem implorârint, quibus complures fideles & doctos misit Ministros. In re familiari hortis & vineis delectabatur adeò, ut è locis remotis generosos sibi furculos & semina compararet. Illustris, denique Palatinus Neoburgicus insignibus eum ornavit, & Virum facem ardentem dextrâ gerentem arma gentilitia esse voluit. Valetudine fuit firmâ, nec unquam morbo tentatus, nisi sub finem vitæ, quo per dies aliquot lethargo correptus, quasi lampas oleo deficiente

(c) *Ausp. Acad. p. 12.*

(d) *In Labyrinth. Apost. apud Cl. Serpilium Epitaph. Theol. Suevia. p. 92.*

deficiente extinctus est. d. 22. Maji, anno 1600. ætatis 80. Ministerii 56. Exequias ejus pro Concione coronavit Matthias Hateræfferus ex Hebr. XIII. v. 7. Pro Cathedrâ Oratoriâ Erh. Cellius. Orationem exhibet Melch. Adami in Vitis Theol. quam brevius excerptit Freherus Theatr. Ill. Vir. p. 311. Epitaphium cernitur Tubingæ in Templo D. Georgii. Effigiem exhibet Cellius in Icon. Prof. Tubing. & Freherus.

Nicodemus Frischlinus sequenti Anagrammatico Epigrammate illum honoravit:

Jacobus Heerbrandus

Anagr.

Subdes brachia Nervo.

Ut feriant arcu, SUBDES tu BRACHIA NERVO

Nam sæpè est arcu meta petita tuo.

Sæpè tuum sensit frons adversaria nervum,

Nam tu telo oculos hostis Æ ora feris.

Libro Eleg. Ultimo.

Scripta Heerbrandi.

Compendium Theologicum. Lipsiæ, Anno 1581. Tubingæ 1573. 79. 89. 1595. 1608.

Tractatus de multiplici Pontificiorum Doctorum Idolomania, adversus convicia Greg. de Valentia. ib. 1579. 4.

Spongia adversus Aspergines Apologetici G. de Valentia, de Pontiff. DD. Idolomania. 1579. 4.

Explicatio

Explicatio Causarum, cur cum G. de Valentia non sis
amplius disputandum, Tub. 1580. 4.

Tractatus contra Trað. G. de Valentia de profana, ab-
ominanda, verboque Dei damnata Missâ Pontificia.
1581. 4.

Defensio Lutheri adversus Georgium Gothardum, Ca-
nonicum Pataviensem. Tub. 1587. 4.

Apologia contra Peucerianos concinnata. Witteb.
1598. 4.

Liber Concordiæ in latinum translatus. Lipsiæ. 1584. 4.

Oratio funebris in obitum Philippi Melancthonis, intra
quatriduum conscripta.

Oratio fun. in obitum Job. Brenzii Præpos. Stutt. Tub.
1570. 4. Argentorati. 1630. 12. in Famâ An-
dreana.

Oratio de Septem Clementibus Pontificibus, Tub. anno
1580. 4.

Oratio in Nativitatem Christi. Tub. 1585. 4.

Orat. fun. in laudem Jacobi Andrea dicta. Tub. anno
1590. 4.

Or. de vita & obitu Illustr. Princ. Ludovici, Duc. W'ir-
temb. ib. 1593. 4.

Epistola diversæ ad Marbachium scriptæ. Durlaci, anno
1684. 4. apud Fechtium in Supplem. Hist. Ecclesi.
Sec. XVI.

Disputationes.

DE Magia ex Exodi Cap. 7. v. 4. Tub. 1570. 4.

Disp. de Providentia divina. Tub. 1570. 4.

De Electione & Prædestinatione divina. Tub. 1570. 4.

Disp. contra Purgatorium. 1570.

Disp. de Indulgentiis, 1572. 4. Tub.

De

De Catholica & Catholicis. 1572. 4.

De Traditionibus. Tub. 1572. 4.

De Missa Pontificia. ibid. 1573.

An Ecclesia sub regno Pontificio superioribus temporibus fuerit & etiamnum sit hodie. Ibid. 1573. 4.

Disputatio de Conjugio & Cœlibatu Sacerdotum. Tub. 1574. 4.

De integri Sacramenti S. Ccenæ Usu. Tub. 1574. 4.

De ordinaria loci successionem. Tub. 1574. 4.

De Invocatione Sanctorum. 1574.

De vera & S. Jesu Christi Ecclesia militante, ejusque notis contra Disputationem Jesuitæ cujusdam, Græci eodem titulo editam. 1575. 4.

De fine bonorum Operum. 1575.

De Primatu Rom. Pontif. 1575. 4.

De Necessitate & Contingentia Tub. 1576. 4.

De Apostasia & Apostatis. 1576.

De Hereticis an ultimo sint aff. supplicio. Tub. 1576. 4.

Disput. de S. Canonica Scripturæ Authoritate. Tubingæ, An. 1570. 4.

De Gratia Dei. 1572. 4.

De libris utriusque Testamenti verè Canonicis. Tub. an. 1582. 4.

De Scripturæ S. Interpretatione. 1591.

Disp. de Miraculis. Tub. 1571. 4.

De Gratia Tub. 1572. 4.

De Legis Impletione. 1475. 4.

Disp. de Confirmatione, Tubingæ. Anno 1576. 4.

De Ciborum delectu. 1576. 4.

De Precatione. Tub. 1576. 4.

Hyperaspistes disputationis de precatione, ibid. 1577. 4.

Apologia Hyperaspistis, 1577.

De

- De Promissione Abrahamæ facta, Tub. 1577. 4.
 De Melchisedecho, Tub. 1577. 4.
 Disp. de Erroribus Pontificiorum quos habent de Ecclesia. Tubingæ, Anno 1577. 4.
 Disp. contra assertiones Jesuiticas de Ecclesia Christi. ibid. 1577. 4.
 De Anti-Christo, contra Michaellem Hagerum, Tubing. 1579. & 1581. 4.
 De Veteri Bibliorum Versione, Tub. 1581. 4.
 De Autoritate Cathedræ Romanæ, Tub. 1582. 4.
 Apologia duarum disputationum de Anti-Christo & Refutatio Responsionis Mich. Hageri, 1583. 4.
 Disp. de Catholicæ Ecclesiæ autoritate, Tubingæ, anno 1583. 4.
 Disp. contra Romani Pontificis ejusque Synagogæ auctoritatem, Tub. 1584. 4. Resp. M. Hasenrefferro.
 De Apostolica Ecclesia, 1584.
 De Adiaphoris & Calendario Gregoriano, Tub. 1584. 4.
 Disputationes duæ de Justificatione, Tub. 1585. & 1589. 4.
 De Votis, Tub. 1586. 4.
 De Polygamia ex Gen. 2. 16. 20. 29. 30. Cap. 1586. 4.
 De fidei certitudine in peccatorum remissione contra dubitationem Pontific. Tub. 1587. 4.
 Defensio duarum disputationum quas de erroribus Pontificiæ Ecclesiæ & de Justificatione hominis peccatoris edidit, Tub. 1587. 4.
 De Feste Corporis Christi, 1587. 4.
 De Induratione, Disputatio insignis ex Exod. 3. & 4. Cap. Tubingæ, Anno 1588. 4. Resp. J. C. Sigvar-
 to.

Disp.

De

Disp. de perpetuo visibilis Ecclesiae cœtu in terris. *ibid.*
1588. 4.

D. Verbis Christi Matth. 16. 18. Ties Petrus, *ibid.* 1589.
4.

De Evangelio, Tüb. 1587. 4.

Disputationum Theol. Pars I. & II. Witeb. 1588. 4.

Celeberrimus Dominus G. Serpelius 172. Disputationes
sub ejus Præsidio habitasse collegisse memorat. Nos
potiores tantum recensuimus.

Rettung des kleinen Catechismi Lutheri / Tü-
bingen / in 8.

Neuer Päbstlicher Ablass von dem Pabst Grego-
rio XIII. und seinen Legaten / Nunciis Apostolicis,
vor 2. Jahren der neuen unser lieben Frauen
Heiligen Bruderschaft in der Fürstl. Schul
zu Mönchen gegeben. Auf dem Original von
Wort zu Wort nachgedruckt mit einer Vor-
rede und Christlichem Bericht D. Jacobi
Heerbrands / von dem Päbstlichen Ablass/
Orden und Bruderschaft / 1584. 4.

Pfropfung und Abfertigung des vermeinten
neulich aufgebrüteten Evangelischen Wet-
ter-Hahnen / Tübing. 1588. 8.

Antwort und Abfertigung der Fragstück und
Antwort von den dreyen streitigen Artickeln.
1. Vom Sacrament des Altars? 2. Vom
Fegfeuer und Todtenhilff. 3. Von der ab-
gestorbenen Heiligen Anrufung und Für-
bitt / Tüb. 1588. 8.

Außklopfung des von Jerg Schorren Jesui-
ten zusammengestickten Lutherischen Bett-
lers-Mantels / Tübing. 1588. 8.

Andere

Andere Rettung Luthers Lehre wider Sigmund Ehrenhofer/ 1588 8.

Reker: Raken I. Bericht: Ob die Papisten oder Lutheraner Reker: Raken seyen? 1589. 8.

Antwort wider den falschen Danck und Abdanck Sigmund Ehrenhofers/ Eub. 1590. 8.

Eine Predigt vom alten und neuen Glauben/ auß Zach. IX. Eub. 1569. 4.

Leichpredig über Herkzog Christoph. Abst. 1569; Predigt in Fest. Trinit. ex Joh. III. 1575.

Vom Jubel: Jahr der Hohenschul/ 1577.

Vom Cometen und Pfauenschwanz / Eubina gen/ 1578.

Vom Strahl/ 1579. 1580.

Vom Eh. Orden/ Eub. 1580.

Vom Weg zum ewigen Leben/ 1580.

Von der Himmelfahrt/ 1580.

Vom Christkindlein/ 1582.

Buß-Predig/ ex Jonæ III. 1583.

Vom Fasten/ 1584.

Von wahrer Religion und Glauben/ Eub. 1584;

Herbst- und Ernd. Predig/ 1584.

Danck sagung wegen des Herbsts / ex Psalm. 68. 1584.

Predigt am Fronleichnams Fest / 1584;

Am Tag Petri und Pauli/ 1584.

Auflegung des 65. Ps. 1585.

Predig am aller Seelen Tag/ 1592.

Manuscripta.

L Editiones in Deuteron.
in Genesin.
in Exodum.

F

JACO:

N. 1522.

Cl. 1558.

O. 1561.

JACOBUS BEUERLINUS, SS. Theologiae Doctor, & Professor, Academiae Tubingensis Cancellarius & Ecclesiae Praepositus ex Evangelicis primus, lucem asperxit Acanthopoli, (in Dornstetten) oppido in sylva Hercynia, anno 1522. Parentibus, Viro Consulari, Jacobo Beurlino, & Matre Ursula, Pontificiae religioni admodum addictis, sed à filio ad veram religionem deinceps Dei gratia conversis. Scholas frequentavit ab initio in patriâ. Postea verò Horbam, ubi aliqui Beurlini Consanguinei erant, studiorum causa missus, tantos fecit profectus, ut 1533. adeoque nondum duodecennis Tubingam in Stipendium Martini Plantschii, Pastoris Tubingensis, Beurlino quâdam necessitudine conjuncti, admitteretur, non obstante, quod statuto fundatoris interdicere-
tur, ne annis quindecim minores reciperentur. Ibi per privatam Matthiae Garbitii, Illyrici, Informationem non tantum ea, quæ addicendi rationem, sed & quæ ad morum elegantiam pertinent, felicissimè hausit, qua propter & Professores primam Lauream 1537. honorem verò Magisterii 1541. illi contulerunt. Postmodum Philosophiam ulterius ita excoluit, ut D. Michaëlis Schweickeri, qui Physica tum profitebatur, Vices cum laude sæpius obiret. Elapsis aliquot annis Oeconomicam Inspectionem supra dicti Stipendii sibi demandatam eâ cum prudentiâ administravit, ut Alumni cæteri eum haberent charissimum. Interim ipse Religioni Papæ nondum renunciaverat, idque partim ob monita Parentum, partim ob conversationem domesticam cum D. Petro Bruno, Scholasticæ olim Theologiæ Professore, homine

homine acuto, & ut ferebant superiora tempora, docto. Is quotidie hortator ei erat, ne à Romanensi Ecclesiâ descisceret, vel monita Parentum sperneret. Deterrebat eum etiam opinio tum pervulgata: Ecclesiâ Romanensi sine dispendio salutis æternæ, ne in minimo quidem contradici posse. Tandem auditis sæpissimè Doctorum Evangelicorum Concionibus, iisque cum Scriptura Canonica & Antiquitate diligenter collatis, non tantum ipsemet Veritatem amplexus, sed & Patrem sibi ab initio maximè adversantem, Christo lucrifecit. Anno 1546. conjugium iniit cum Anna, D. Matthæi Aulberi, Pastoris tum Reuttlingsensis, postea verò Antistitis Ecclesiâ Cathedralis Stuttgardianæ filia, ex qua duodecim Liberos suscepit. E quibus quinque filiæ honestissimis Viris in connubium ductæ sunt. vid. Frischl. Libr. IX. Eleg. 1. Eodem anno Parochiam Derendingensem ornare cepit, in qua & 1551. gradum Doctoris unâ cum Jacobo Heerbrando publicè reportavit. Restitutâ Pace in Professore Theologiæ cooptatus, Evangelium Johannis, ejusque Canoniceam Epistolam, ne non illas ad Romanos & Hebræos, cum Locis Theologicis Philippi Melancthonis summâ cum dexteritate interpretatus est. Sed & vices Cancellarii multis annis gessit, donec tandem anno 1561. post obitum Ambrosii Widmanni, Juris Canonici Doctoris, Pontificii, Præpositura Ecclesiæ & Cancellariatus simul ei committerentur. Quantum de cætero Vir fuerit, ex eo dispalescit, quod novem Legationibus in rebus perquàm arduis jussu Principis Christophori defunctus fuerit; duabus nimirum ad Patres Concilii Tridentini, ut Confessio-

nem Wirtembergicam Patribus conscriptis exhiberet, illamque defenderet, unâ in Borussiam in causâ Osiandri anno 1552. aliis binis ad Comitata Wormatiensia, 1557 & Erfurdensia 1561. reliquis in Saxoniâ, ultimâ verò in Gallias ad Colloquium Possiancenum. an. 1562. Quibus Officiis eximiâ prudentiâ gestis, tantam sibi auctoritatem conciliavit, ut Principibus & summis Viris admirationi esset. Hinc & Borussiarum Princeps ad Episcopatum Ditionis suæ suscipiendum honestissimo illum Salario invitavit. Dux verò Christophorus tanti æstimavit, ut à latere suo in publico incedere, suumque charum Dominum (seinen lieben getreuen Herrn/) appellare dignatus fuerit. Sed & generosus Baro Johannes Ungnad à Sonneck, ad eam familiarem habuit, ut eum Filio suo Wolffgango Compatrem expeteret. Neque minùs alii Viri apprimè nobiles, imò Principes, literas ad eum propriâ manu exarârunt. Erat præterea Concionator excellens & perspicuus, Disputator acutus & gravis, sacrarum Literarum Interpres fundamentalis, puræque fidei Assertor acerrimus. Ab infantia quidem *τεταυλότερος* & Linguae nonnihil titubantis, balbutientis & blææ; Verùm extracto propriis manibus in Anatolico monte tuguriolo, Tertulliani opera horis succisivis, altâ, & distinctâ pronuntiatione tam diu recitavit, donec vocis exilitatem & linguae vitia corrigeret, unde diligentia Viri æstimari potest. Pari felicitate animum quoque subtimidum roboravit; Cùm enim Erhardi Schnepffii hortatu suggestum Templi primarii, quantumvis reluctans, primâ vice conscendisset, post prælectum Textum frequentâ & aspectu tot Auditorum percul-

culsus penitus obticuit, adeò, ut Cathedram relinquere cogereetur. Enimvero ab Erhardo Schnepfio admonitus post octiduum denuò, præmissis ardentissimis precibus, ambonem Ecclesiasticum repetiit, atque cum Auditorum admiratione summa & applausu maximo, elegantissimam Concionem habuit. Reliquas Virtutes, puta pietatem erga Deum; pacis studium erga Collegas; hospitalitatem erga peregrinos; liberalitatem erga pauperes; humanitatem erga inferiores; sinceritatem erga omnes de prædicant Parentatores. Accedebat Forma Corporis decora; Statura quippe fuerat justæ magnitudinis, cum habitudine, vestitu & proportionem decora, erecta, eleganter & perpulchrè composita, Vultu & facie speciosus; claris & perspicacibus oculis, nec nimium emissis, nec vagis, nec etiam depressis; sed suaviter ablandientibus cœruleis; superciliis flavis; genis cum rubore paululum tinctis, comis flavis, barba ejusdem coloris mediocri acuminata, non admodum promissa aut lata; Voce satis sonora, suavi & prædulci; probe articulata & correctæ. Quibus donis ante omnes alios excellens à pientissimo Duce Christophoro in Gallias ad Colloquium Possiace-num ablegatus cum aliis duobus Theologis, Jacobo Andree, & M. Balthasare Bidembachio Concionatore Aulico, nec non Consiliario, Melchiore à Sahlhausen. Ejus verò professionis aliquot omina præcesserunt: Nam cum palla ipsi Stuttgartiæ adhuc commoranti afferretur prolixior, excepta vox ejus: Quid mihi vestem tam prolixam & lugubrem affertis, fortassis citius, quam velim, mihi lugendum fuerit? Idem præfagebat paulò obscurius,

cum Conjugi, Liberis & Amicis valediceret. Secutum est istiusmodi sermonem portentum. Jussit Serenissimus Princeps, ut ad vitandam viæ molestiam ac difficultatem Legati alterius uterentur curru & equis; ac Stuttgartia quidem equis iter ingressi, currum præmiserant, quadrigeminis equis junctum. Vix autem ad mille passus egressi, everso per præcipitium vehiculo, generosissimus equus moritur, haud dubio omine, ut ipse Beuerlinus interpretabatur, ex quatuor legatis præcipuum brevi moriturum. Quod & factum Parisiis, ubi Beuerlinus, dum Bibliothecam in Sorbonæ Collegio perlustrat, grassante tùm peste correptus d. 28. Octobr. 1561. expiravit. (a) Postero die in Cœmiterio SS. Trinitatis sepultus, cum vixisset annos 41. Moribundus sæpius iageminavit: pessimè quidem habeo: Sed nolo, ut abeat dolor: valedixi Mundo. Nihil mihi dicatur nisi de Christo, quia Christianus sum. Causam nostram Deo & vos omnes, meum verò Spiritum Cœlesti Patri per Jesum Christum, nec non Orphanos meos & Viduam Deo & Principi commendo. Extincto illo re infectâ redierunt ceteri. Dux verò Christophorus relictæ Viduæ ad dies Vitæ ducentos quotannis florenos, singulis filiarum octo, ad Conjugium aspirantibus, dotis nomine ducentos, filio autem unico Johanni Jacobo, ultra Stipendii Martiniani beneficium, 25. florenos quotannis usque ad gradum Doctoratus obtinendum clementissimè legavit. Parisiis Beuerlinus Licentiam dedisse perhibetur Jacobo Andrea, ut Balthasarem Bidenbachium in lectorio Theologorum Sorbonico Doctorem Theolo-

(a) *Conf. Erber. Theatr. p. 189. seq.*

Theologiæ crearet. Epitaphium ejus Tubingæ suspendendum Academicis in Templo D. Georgii; Oratione Funebris & Concione laudavit Theodoricus Sneyffius, ab Israël Wielando cum præfatione luculentâ in lucem editis, quas omnino vide.

Scripta.

Resutatio primæ partis Sotici Scripti, cui Author titulum fecit: De unâ, visibili & certâ Ecclesiâ Christi necessario agnoscendâ. Francoforti 1561. fol.

Disp. Inauguralis De Uno, Verò Mediatore Jesu Christo. Resp. Ruperto Dürrio, Tubingæ, 1554. in 4.

Commentarius in Epistolam Johannis Canonicam, Tub. 1571. 8.

Disputatio de Clavibus Regni Cœlorum, Tubing. anno 1558. 4.

Oratio de Mysteriis Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

JOHANNES PARSIMONIUS, (dictus Rarg/) Augustæ Vindelicorum natus est anno 1525. Pater ipsi fuit cognominis, qui apud filium decessit 1577.

ætatis 80. è ludo patrio, in quo Præceptorem habuit Sixtum Betulejum, in Academiam Tubingensem missus, ibi 1540. primam lauream, & paulo post alteram in Philosophia consecutus est. Exinde Wirtembergam profectus, & Theologiæ mancipatus, Lutherum & Melancthonem inter alios studiose audivit.

divit. Anno 1546. post obitum Lutheri domum reversus, Augustæ Diaconi munus suscepit, sed ob Interim illud famosum expulsus, Basileæ aliquandiu exulavit; Anno 1550. ad suos reversus, Uxore ducta, ludum literarium aperuit, sed iterum ejectus, quod Scholam ex præscripto Libri Interimistici gubernare nollet. Cum autem sub id temporis ejusdem Conjux, quam gravidam secum ducebat, Leipheimii Ulmenfis ditionis Oppido, pareret, Sacrificulis Baptismum denegantibus, infantem recens natum per aliquot menses vagabundus circumtulit, donec tandem Tubingæ subistere & Sacro Baptismate initiandum tradere liceret. Ubi & Anno 1552. Diaconi officium ipsi demandatum est. Anno 1556. Blaubeyram translatus, 1558. Pastor Ecclesiæ Cantstadianæ, & Anno seq. Concionator Aulicus Stuttgartiæ declaratus est. An. 1560. Abbas Hirsaviensis constitutus, ibi 28. annos non solum pro suggestu Sacra docuit, sed & in Schola 18. Adolescentes erudit. Conjuges habuit duas, primam in partu defunctam, alteram Saram nomine; Laudatur passim propter eruditionem, constantiam, humanitatem & pietatis studium, cujus benignæ Communicationi non pauca se debere Martinus Crusius testatur in *Anal. Suev. Part. III. Cap. 60 p. 595.* Mortuus est in Domino 1588. d. 26. decembr. ætatis 63. Minist. 42. Concionem funebrem dixit Johannes Eßhoferus, Calvensium Superintendens, quam vide plur. (a)

Scripta.

- (a) *Aug. Brunnii Lib. Syn. p. 82. & ex his Melch. Adami Vita Theol. lt. Freberi Theatr. p. 275. Serpilii Epit. p. m. 140.*

Scripta.

Concio Latina, in qua vera praesentia Corporis & Sanguinis Christi ex fontibus Articulorum Symboli Apostolici & aliis Argumentis demonstratur. Tubingae, 1561. 4.

Reliqua ejus Opera Manuscripta reperiri perhibentur in celeberrima Bibliotheca Guelpherbytana.

Omnes picturas Templi Hirsaviensis, historias scil. Veteris & Novi Testamenti descripsit.

Diarium Historiae Wirtembergicae manuscriptum.

THEODORICUS SNEPFFIUS, Nat. 1525. Wimpinae ad Neccarum oppido natus est. 1. Novemb. 1525. Patre Erhardo Theologo Clarissimo, Matre Margaretha, Consulis ibidem filia. Puer primum Marburgi, quo Pater evocatus erat, Magistro usus est Kiliano Lingelsinio. Inde cum Patre Stuttgartiam veniens, commendatus est institutioni Alexandri Marcoleonis, juventutis Moderatoris tum eo loco celebris. Ibi in Commilitio habuit praeter alios Jacobum Andreæ, Johannem Wellingium, Ferdinandi Regis postea Cancellarium, Anastasium Demlerum J. C. & 4. Bidenbachios, Johannis filios. 1539. Tubingam à Patre missus, 5. Nov. in Civium Academicorum numerum à D. Balthasaro Kæfelino Rectore fuit relatus. Ibi verò cum anno sequente domus incendio conflagrasset, haud levem librorum suorum fecit jacturam. Anno 1541. Decano Philos. M. Michaelae Vajo, unà cum Jacobo Tachtlero primam Lauream adeptus est. 1544. Cum Patre ejus men-

de Februar. summos in Theologia honores consecutus esset, ipse Decano Philosophico Cunrado Schotto, Tagersheimensi summos in Philosophia honores impetravit cum aliis, inter quos fuerunt Jacobus Tachtlerus, Georgius Liberus & David Chytraeus. Totus postea Theodoricus ad Theologiæ Studium se dedit, factusque est Magister Domus Stipendiariorum, quibus Linguam Græcam & Homerum interpretatus est, laborum socios habens Hieronymum Gerhardum, postea Pro Cancellarium Curiae Wirtembergensis, Martinum Frechtum Theologiæ Licentiatum, & Joh. Hildebrandum Linguarum Professore. Anno 1553. Derendingensis Ecclesiæ Parochus delectus d. 29. Septembr. primam habuit Concionem. An. 1554. Theologiæ Doctor renunciatus est cum Ruperto Dürrio, Superintendente postea Marchionatus Badensis, postquam 4. Maji prægresso, Præside Jacobo Beurlino, de Peccato Originis publicè disputasset. An. 1555. Nurttingensis Ecclesiæ Pastor & Vicinarum Decanus Specialis constitutus, eò cum familia migravit, d. 1. Febr. 1557. Tubingam venit, cum paulò ante in locum Martini Frechti defuncti Theologiæ Professor designatus fuisset. Paulò post Wormatiam ad Colloquium cum aliis Theologis missus, ibi Patrem suum Erhardum cum Theologis Saxonis eò ablegatum postremum salutavit, eum namque An. seq. amisit anno 1562. Pastor & Generalis Superintendens constitutus, eo in Officio quinque lustrorum decursu fidelem se declaravit. Fuit etiam Ærarii Academici præfectus aliquoties, quem Summum ibi Deputatum vocant, An. 1564. Ad Colloquium Maulbronnense cum

cum aliis Theologis missus est. Primam Uxorem anno 1551. duxit Barbaram, Joh. Brentii Præpositi Filiam, ex qua 9. Filias & 3. filios suscepit, obiit autem illa anno 1572. d. 21. Maj. Ad secundas nuptias transiit Anno 1573. cum Juliana Abrahami Spengleri J. C. & Consilarii Wirtembergici filia, quæ marito supervixit. Theologus non placidus modò, sed & doctissimus & eloquentissimus, Professor in Cathedra & Academica & Ecclesiastica celeberrimus. (a) In omnibus Virtutibus æqualis Patri, qui Academiam Tubingensem concionando & legendo non parum illustravit; (b) Commentarios ejus in Esaïam mole parvos, eruditione magnos vocat Quenstedtius. (c) In quibus Esaïam Prophetarum omnium aquilam, ad adyta Evangelica altissimè evolantem, oculorum acrimonia, alarum devotionis pernitate tam feliciter assequens, in eodem conamine infra se reliquit non paucos, paucissimos supra se conspexit. (d) Cujus Encomium augetur potius, quàm minuitur, quando ab Imbonati, hæreticus primæ Classis vocatur. (e) Ipse cum toto ferè vitæ suæ tempore integra esset usus valetudine, nisi quod Senescens Erysipelate aliquoties tentaretur, cum eodem paucis diebus lethaliter decubuisset, animam Deo reddidit 9. Nov. 1586. ætat. 61. Moribundus omnem exequialem pompam suis interdixit, modestissimè Corpus suum sepeliri desiderans: humum scil.

(a) Luc, Ofsander Cent. XVI. Libr. IV. c. 22.

(b) Pantaleon im Helden-Buch, P. III. p. 237.

(c) De Patriis II. Virorum. p. m.

(d) J. A. Ofsandri Præfat. in Pentateuchum.

(e) Biblioth. Lat., Hebr. p. 275.

scil. esse, & in humum redire dicens. Tubingæ igitur absque magnificentia solenni sepultus in Templo, in quo 24. Annos amplius docuerat, Concionem habente D. Jacobo Andreæ ex 2. Tim. 4. Eundem Oratione laudavit Erhardus Cellius d. 13. Jan. An. seq. in Aula Nova. (f) Epitaphii loco recensemus elogium à Nicod. Frischlino expressum. (g)

*Sneppsius ingenio, Sneppsius ore potens,
O quæ fata virum ingrata rapuere Tubingæ,
Namque isto nemo major in Urbe fuit.
Nemo illum poterat linguis æquare disertis,
Attica seu velles, sive Latina loqui.
Nemo illum vitæ studio vincebat honestæ,
Nemo illo veri cognitione prior.
Nullos hæc ætas jam profert nostra Lutheros,
Paucos Sneppiadæ Chemnitiiq. pares. &c.*

Scripta.

SCHOLÆ in Esaia Prophetæ Vaticinia, Tub. 1575. & 1583. fol.

Enarrationes in Psalmos. Tub. 1571. & 72.

Refutatio quartæ partis Sotici scripti cui Author Titulum fecit, de errore aut ignorantia circa fidem excusante, vel accusante 1561. Tub. fol.

Disp. de Viribus humanis s. libertate Arbitrii. 1563. 4. Tub.

Disputatio de Satisfactionibus, Tub. 1571. 4.

De Votis. ibid. 1571.

De

(f) Melch. Adami Vit. Theol. p. 578. Freherus. p. 266.

(g) Conf. Serpilii Epitaphia p. m. 131. seq.

- De Imaginibus, ibid. 1571.
 De abrogatione Legis divinæ. ibid. 1574.
 Diss. de Dicto Job. Lex per Moſen data eſt. Job. 1.
 Tub. 1580. 4.
 De S. Trinitate. 1579. Tub. 4.
 De Pœnitentia. 1580.
 De Lege & Evangelio. 1580.
 De Prædeſtinatione Sanctorum. 1583.
 De peccato Originis. 1576. 4.
 De Unionẽ Perſonali duarum Naturarum in Chriſto &
 de Communicatione Idiomatum. 1577.
 De Juſtificatione. 1580. 1586.
 De Viribus humanis. 1582. 1585.
 Peccatum non rectè dici ſubſtantiam. 1582.
 De Miniſterio Verbi. 1582.
 De bonis Operibus. 1582.
 De Sacro Baptismate. 1584.
 De Sententia D. Pauli Rom. 7. Novi, quod non habi-
 tet. &c. 1585.
 De Clavibus Regni Cœlorum ex Matth. 16. 1586.
 De SS. Triade ex Job. I. Cap. 1586.
 Alia diſput. de Juſtificatione. 1586.
 De Propoſitione Paulina. Rom. III. 28. 1569.
 De Electione ex Ephes. I. Helmſtadii. 1597.

Orationes.

- DE Jubileo Chriſtiano. 1577. 4.
 De Nativitate Chriſti. 1578. 4.
 Panegyrica in laudem Ducum Wurtembergiæ & Aca-
 demię Tubingenſis. 1578.
 Oratio de Vita & morte Illuſtriſſimæ Principis ac Do-
 minæ, Urfulæ Dorotheæ, Principis Ludovici, Ducis
 Wurtembergiæ, primæ Conjugis. 1583.

Oratio

Oratio funebris de Vita & Obitu Jacobi Beurlini, Cancellarii Tubingensis una cum Concione funebri Latine concepta. Op. posth. 1613. 4.

Leichpredigt über Hn. Caspar Wilden / Würtemb. Rath auß Esaia XXII. Tübingen/1584. 4.

Manuscrip̃a.

Commentarius in Jobum.

Conciones in Marcum & Evangelia Dominicalia.

N. 1526.

Cl. 1560.

Ob. 1579.

JOHANNES RUCKERUS, Illustrissimi Wirtembergiæ Ducis Consiliarius & Præpositus Denckendorffensis, patriâ Norimbergensis, Natus A. C. 1526. Literis in Scholâ patriâ excultus, Evangelii Ministrum in Borussia primò egit. Inde anno 1556. in Ducatum Wirtembergicum veniens Superintendens Specialis Kircho-Teccensis Ecclesiæ & Vicinarum constitutus, 23. annos ibi docuit. Tandem defuncto Bartholomæo Caseo, Præposituram Denckendorffensem obtinuit, cui tamen uno tantum anno præfuit. In Conjugio vixit cum Andrea Osiandri, Senioris, Theologi Regiomontani, Viduâ, (a) ex quâ filium Paulum Abbatem Hirsaugiensis Monasterii factum suscepit, cujus vitam infra recensebimus. Ipse diem obiit supremum Anno Christi 1579. ætatis 53. (b)

JACO-

(a) *Vid. Conc. Fun. Pauli Ruckero habitam.*

(b) *Aug. Brunni Lib. Syn. p. 86.*

JAC
tu
tii,
Mico
rariu
bat, c
Adve
cujus
tuor
lini p
föpp
di-M
Erha
Alex
Præd
doct
Juven
in Illu
ornat
gient
tium
Juven
no i
misti
mitte
pulsu
fodoc
D. G
post
nio, a
renun
adiit.

JACOBUS ANDREÆ, in lucem editus Waiblingæ An. 1528. d. 25. Martii. Patrem habuit Jacobum Endriß / ex Micolau, ditionis Eistettensis fabrum ferrarium, qui Filium arti Mechanicæ mancipare volebat, cum fabro lignario pactus, unde per cavillum ab Adversariis Fabricius & Schmidlinus fuit vocatus, cujusq; Libri in Indice Expurgatorio Romano sub quatuor nominibus Jacobi, Andreæ, Fabricii, & Schmidlini prohibentur. Mater illius erat Anna Weißfößlin. Ingenio cum æquales superaret, sed à Ludimagistro Waiblingensi turpiter neglectus esset, Erhardi Snepffii consilio primum Stuttgardia sub Alexandro Marco-Leone, Monacho antea Ordinis Prædicatorum, Primo Pædagogarcha, Viro egregie docto, in literis humanioribus & ad formanda studia Juventutis nato; deinde verò Tubingæ Anno 1541. in Illustre Stipendium receptus literis incubuit, primò ornatus laureâ anno 1543. in Monasterio Hirsaugiensi, quò Academia ob pestem secesserat. Artium Magister factus anno 1545. secundo inter 17. Juvenes loco. Mox Diaconus Stuttgardianus anno 1546. ætatis 18. Cum autem formulam Interimisticam, quam Dux Ulricus in ditionibus suis admittere cogeatur, recipere detrectaret, sparta expulsus Tubingam secessit, ibidemque in sacello nosodochiali aliquandiu, deinceps verò & in Templo D. Georgii Evangelium prædicavit, ibique paulò post Diaconus factus anno 1549. Elapso quinquennio, anno scilicet 1553. ætatis 25. Theologiæ Doctor renunciatus Superintendentis Göppingensis munus adiit, ubi primo statim anno Judæum quendam, in vicino

N. 1528.

Cl. 1560.

Ob. 1590.

vicino

vicino pago Rechberg, Pontificæ Religioni etiam-
num addicto, & Baronibus de Rechberg subdito,
propter commissæ crimina pedibus inter duos canes su-
spensum, per Dei gratiam mirabiliter convertit. vid.
Bidemb. Consil. Dec. 4. Conf. 10. It. D. Hæberli-
ni Specimen Theol. Practicæ. p. m. 84. seqq. Ibi-
dem quoque à Joh. de Siebenstein Nobili, rogatus,
singulis Dominicis Concionem habuit in pago U-
benhausen. Göppingâ Tubingam revocatus ad
Professionem Theologicam, Cancellariatum &
Præposituram post Beurlini fata obtinuit anno 1562.
Commorante autem Academia in Civitate Imperia-
li Eßlingensi, quorsum anno 1567. ob pestem Tu-
bingâ secesserat, petente Magistratu, Pastorem ibi-
dem egit per integrum annum, quo tempore Ponti-
ficios, Calvinianos, Schwenckfeldianos & Anabap-
tistas Concionibus habitis refutavit. Matrimonium
contraxit prima vice anno 1546. cum Anna, Johan-
nis Entringeri civis Tubingensis Filia, ex qua octo-
decim suscepit Liberos, filios nimirum, 10. & octo
filias. Ex filiis unus Johannes Abba Regiofonta-
nus, alius Ulricus, Medicus Lindaviensis factus.
Filiarum una Susanna, Balthasari Eifengrein, Con-
sistorii Directori, alia Hedwig, Jacobo Magiro, Ab-
bati Laureacensi nupsit. Secunda vice nuptias ce-
lebravit anno 1585. cum Regina Prenzingerina im-
proli. Theologus erat in quo Linguarum Latinæ,
Græcæ & Hebraicæ cognitio, imò omnis eruditio
fuit; nam ad omnia sapientiæ arcana infinitâ lectio-
ne penetraverat, inque dicendi artibus ita excelluit,
ut disputando nulli cederet; (a) Cumprimis autem
duo

(a) *Quenstedt de Patriis lib. Vir. p. m. 167.*

duo
gular
parric
perat
diffic
in pu
ratio
aucto
ubiq
res si
gredi
vel in
pta.
berta
gi,
perim
in Au
mult
nam
easq
purg
Helf
eode
Duci
dorff
noen
Urbe
nec n
Jene
Colle
pleri

duo in illo admirantur docti, tanquam prorsus singularia, profundam scilicet eloquentiam, & inusitatam parrhesiam. Poterat enim, quicquid animo conceperat, aptissimo verborum profluxu citra omnem difficultatem, etiam nihil, aut parùm præmeditatus, in publicum effundere. Quare magnam sui admirationem passim excitavit, nec minorem acquisivit auctoritatem. Hâc sine si fuisset, non potuisset tot ubique frequentare Colloquia, & in plerisque portiores sibi sumere partes, nec cum tot Adversariis congre-
di, nec tot in lucem protudere, quæ vel proprio, vel integrorum Collegiorum nomine ederet, Scripta. Tanta præterea fuit loquendi, agendique libertate, ut Imperatoribus, Principibusque immergi, cumque iis sermonem confidentissimè ferere, perinde haberet, ac colloqui cum sui similibus, aut in Auditorum suorum cœtu versari. (b) Hinc & multa & magnâ fuerunt ejus in Ecclesiam Lutheranam merita; multas namque Ecclesias piè reformavit, easque vel à Papistico, vel Calviniano fermento repurgavit; nimirum Comitatum Oeringensem 1555. Helffensteinensem 1556. Marchionatum Badensem eodem quoque anno, Ecclesiam Lauinganam jussu Ducis Wolffgangi. 1560. Nobilem Joh. Wachendorffium cum subditis suis 1564. Civitatem Hagenensem 1565. Ducatum Brunswicensem 1568. Urbem Mompelgardensem 1571. Alensem 1575. nec non Academias tres Saxonicas, Lipsiensem 1576. Jenensem & Witebergensem anno 1577. Porro Colloquiis undecim interfuit, & Collocutorem in plerisque magnâ præstitit dexteritate. Actionem

G

quippe

(b) *J. Fecht, Supplem. H. E. p. 70, 102.*

quippe 1557. d. 6. Jun. habuit cum Matthia Gribaldo, Anti-Trinitario. Dein cum Anabaptistis d. 25. Aug. 1558. Phedershemii pago Wormatiæ vicino, in quo 39. Antistites Anabaptistarum ex Palatinatu ad errores eorum propugnandos comparuerunt. In quorum partes cum nobilis Vir præfectus in Alzen, inclinare videretur, veniâ prius impetratâ à D. Brenzio, D. Jacobus Antistiti ipsorum hanc quæstionem proponit, & categoricum responsum petierat: Si Nobilis Palatini hic assidens præfectus furem in patibulo suspendi & latronem rotæ imponendum mandaret, an eum pro Christiano homine agnoscere posset? Antistes diu tergiversatus: quid opus est, inquit, hâc quæstione? Sed cum rogaretur à D. Jacobo: An meliorem in hoc opere ipsum agnosceret Turcâ? Antistes respondet se ipsum non meliorem æstimare, quàm si Turcicus esset. Quod audiens præfectus excanduit, & admodum acerbè illum reprehendit; neque posthâc ullam significationem favoris sui erga illos dedit, sed illorum impietatem detestatus est. (c) Anno eodem Colloquio Wormatiensi interfuit. Anno 1561. ad Colloquium Possiaccenum cum Jac. Beurlino & Balthas. Bidembachio missus, quod tamen ante illorum adventum jam abruptum erat; quanquam Episcopus Valentianus cum Jac. Andræ postea in Conclavi Regina Galliarum de universali Præsentia Christi secundum humanitatem prolixè contulerit, præsentibus sociis Legationis, & Palatini Friderici Theologis ad prandium invitatis, ubi cum Petrus Bocquinus Theologus Palatinus ex partibus Episcopi in materia de S. Cœna stans,

(c) *Fama Andrian, Reflor. p. m. 77.*

stans, quædam subicere vellet, Episcopus altera vice illi dixit: Tene, disputa tu in Germania, mihi nunc negotium est cum Jac. Andreæ. (d) An. 1562. d. 16. Febr. collocutus cum Cardinali Guisio Lotharingo, Tabernis Alfaticis. Anno 1563. cum Hieronymo Zanchio Argentinae, nec non cum Weigelio, Concionatore Pomeraniae Ducis Aulico Stuttgartiae. Anno 1564. Maulbronnæ cum Casparo Oliviano & Zacharia Ursino in conspectu Principum Friderici Palatini, & Christophori Wirtembergici. An. 1569. cum eodem Electore Friderico de S. Cœnâ privatim, in ipsius Aulâ. Cum verò in Arce subitum exortum esset incendium, Colloquium interruptum est. An. 1571. cum Matthia Flacio Argentinae. Anno 1573. Memmingæ cum Eusebio Clebero Calviniano. Anno 1575. cum Tobia Rupio, Lindavia de peccato originis. Anno 1576. cum Casparo Peucero, Lipsiæ, de Communicatione Idiomaticum. Anno 1584. Mompelgardi cum Theodoro Beza, cujus Colloquii fructus is fuit, ut Illustrissimus Princeps Fridericus, ejusque Aulici & Consiliarii in sincerâ doctrinâ confirmati, magis quam antea Calvinismum fuerint detestati. Imò post discessum Beza plus, quàm viginti exules Galli cum sincerâ Ecclesiâ communicaverint, nemine id ab ipsis petente vid. Timoth. Kirchneri Epistol. ap. Fechtium p. m. 687. Eodem anno cum Henrico Joanne à Mundelsheim, Pratore Argentinensi de Cœna Domini & Persona Christi Stuttgartiæ; nec non cum Contule Bremensi Daniele à Pyrn. anno 1589. Badenæ cum Joh. Pistorio, Niddano. Privatoria fue-

G 2

runt

(d) *Ibid.* p. 148, 149.

runt quæ anno 1559. cum Hagenio Stuttgartiæ ad Calvinismum deflectente, & cum Andrea Fabricio Jesuita ibidem; denique Sangerhusæ cum Cyriaco Spanngenbergio instituit. (e) Neque minùs Principum & Theologorum conventibus interfuit, videlicet Ratisbonensi & Francofurtano 1557. Augustano 1559. ubi duas præsentibus Evangelicis Principibus Conciones habuit, unam de Justificatione, alteram de S. Cœna. Ertordienfi 1561. Synodo Wolfenbüttelanæ, & Conventui Servestano 1570. Torgensi 1576. Controversias præterea quàm plurimas feliciter composuit, Rotenburgi quidem ad Tubarim, dissidium de ritibus 1556. Ratisbonæ materiam de Excommunicatione 1576. & illam de Uluris. 1587. Eodem anno causas quasdam Ecclesiasticas Nördlingæ & Onolzbachii ortas. Accersitus quoque à Wolffgango, Comite Hohenlohenfi ad Ecclesiastica quædam negotia anno 1581. Itinera & peregrinationes varias & difficiles, Religionis causâ, jussu Superiorum suscepit in Saxoniam, Daniam, Thuringiam, & ad extremum in Helvetiam in causâ Huberi 1588. Sed & ancæbæo literarum commercio Tubingenses inter & Græcos Anno 1574. cœpto, anam dedit, cum Stephanum Gerlachium Baroni Ungnadio Cæsareo, ad aulam Turcicam Legato, in Præconem Aulicum adjungeret, cujus rei fructus absque omni dubio fuit insignis, tametsi primis annis ob varias causas non adeò magnus appareretur. Præcipuè verò immortalem gloriam meruit Vir Dei, Opere illo stupendo Concordiæ, cui tres Electores, 21. Principes, Comites 22, Barones 54; Civi-

(e) *Ibid. in Catal. Scriptorum.*

§4; Civitates Imperiales 35; Ministri 8000. subscriplerunt, quod, qui absque singulari Dei nutu & auxilio procuratum affirmaverit, renitentibus præsertim summa opum vi tot Adversariis, is non tam ingratitudinem, quam stuporem suum in agnoscendis viis Domini haud dubiè prostituit. Tentet istiusmodi Reunionis Opus inter Ecclesias Lutheranas, vel saltem Theologos, haud quaquam usque adeò, ut Andreae temporibus ubique discordes hodiè, quisquis magni Viri famam arrodere hæcenus non dubitavit. Fuisse autem Jacobum præcipuum Formulæ Concordiæ, cujus prima Lineamenta Maulbronnæ à Balthasaro Bidembachio, & Luca Osiandro Theologis Wirtembergicis quidem ducta sunt, Authorem, juxta Chemnitium, nemo est, qui neget. Ille namque Librum Concordiæ ex Maulbrunnenfi scripto concinnavit, concinnatum ubique locorum commendavit, commendati subscriptiones labore quinquennii acquisivit. Vocatus legitimè ad tam arduum opus ab Augusto Electore Saxoniae secunda vice an. 1570. & 1576. cujus nomine & jussu Legationes obivit illustres ad Julium Brunsvicensem, Ludovicum Hassiacum & Georgium Brandenburgicum. Collaudatus à Maximiliano II. Imperatore, cujus ipsissima verba quibus hortabatur Jacobum hæc erant: Chære Domine Jacobe, ne cogites magnam ab omnibus gratiam te reportaturum, complures enim Tibi tuoque nomini inensos habes. Memento tamen verborum Christi in Evangelio: Beati estis, cum omne malum contra vos propter me dixerint, mentientes, gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Caelis. Merces vestra non in terris, sed in Caelis reposita

est. (f) Tandem & Opere Bibliorum Complutensi pulchrè admodum compacto donatus à memorato Septem Viro, qui actiones ejus omnes grato animo clementer approbavit, commendavit & confirmavit, propria manu Encomium, quo Andrea Vir summus, pietate, doctrinâ, & Virtute ornatissimus, SS. Theologiae Doctor celeberrimus, doctrinæ coelestis ab ultimi Eliæ D. Lutheri morte, in his Regionibus, ab hominibus levissimis corruptæ, Instaurator integerrimus, deque Ecclesia Christi, optimè meritis vocatur, in præfatis Bibliis interens, & subscribens; Tandem bona causa triumphat; Augustus Dux Saxoniae, Elector. (g) Enimverò veluti Corpus umbra sequitur, sic Virtutem invidia & obrectatio, quod ipsum semper, etiam post cineres, expertus est Jacobus. Invidiam certè suorum quoque, forsitan æmulorum, luculenter docent aliquot Epistolæ ad Marbachios scriptæ. Obrectationes verò & Calumnias totis plaustris in eum conjecerunt tum Pontificii, tum Calviniani. Rudolphus Hospinianus præsertim, qui Historiam suam Sacramentariam ex meris mendaciis confarcinavit, eum infelicissimo Germaniæ fato Theologum factum pronuntiavit, qui homo fuerit monstruosissimè audax, & impudentissimè ambitiosus. (h) Cujus plenum livoris judicium secutus Hornbeckius virum vocavit inquieti tumultuantisque Ingenii, arrogantis magis, quam docti. (i) Idem de illo affirmat Hornius. (k) Sed levia

(f) *Caroli Memorab. T. II. P. II. p. 528, seq.*

(g) *Ibid. & Fechtii Supplem. p. 100.*

(h) *Hist. Sacram. p. 664.*

(i) *Summa Controv. libr. 9. p. 655.*

(k) *Hist. Eccl. Præf.*

levia hæc sunt convicia præ iis, quæ nuperrimè Gottfr. Arnoldus magno studio ad denigrandum hunc Virum corrasit. Nihilò minus tamen Eruditionis & pietatis testes omni exceptione majores habuit Jacobus, ipsum nempe Romanum Imperatorem, & Electorem Saxonix. Quibus accedit Simon Sulzerus, quem tam efflictim suis accensere optant Reformati; ab eo namque pientissimum & electum Dei Organon vocatur, qui ut publicæ pacis & Concordiæ, ita cumprimis Veritatis rationem habuerit. (l) Ex Pontificiis Florimundus Rœmundus illum raræ doctrinæ & magni Ingenii hominem appellare non dubitat. (m) Caterum suis etiam haud caruisse nævis ultrò fatentur Theologi. (n) Nec ipse minùs agnovit, quod ex sequenti apparet historiola, quam à Patre suo acceptam memoria dignam judicavit Nepos Valentinus: Jacobum nempe, Avum cum valetudinem acidulis Jebenhufanis curaret, exoratum esse, ut ad populum Sermonem haberet. Adfuisse etiam Patrem suum, (valetudinis causa) tùm Herrenbergæ Pastorem. Cum Dies Dominica venisset, nihil præmeditatum suggestum ascendisse, & gravi elegantique oratione se expedivisse. Post Patrem suum interrogasse; Ecquid de hac Concione sibi videretur? Cumque Pater sive verecundia, sive ex conscientia laudasset: Illum indignabundum, non te pudet nugari, dixisse, quasi angime & hærrere, ac propemodum de suggestu fugam parare non anidmadverteris. Ego tot annorum Doctor, Con-

ven-

G 4

(l) *Ap. Fecht, Epl. Theol. P. II, p. 352.*(m) *Synops. Hist. Memor. libr. V, c. 11.*(n) *Fecht, Supplem. p. 103.*

ventuum & Colloquiorum pars, à tot viris Principibus auditus, & in concione eruditorum variisque ordinis innumera versatus, nunquam animi deliquio & stupori planè, quàm inter hos rusticellos, propior fui; adeò me omnis divina propè gratia defecruit, quòd plebem hanc simplicem negligentius haberem, quasi præmeditationis accuratioris non indigam. Tu verò, Fili, cave, & meo hoc periculo sàpe, ne unquam nisi prævia meditatione & piis precibus ad populum Christianum verba facias, sed capitis & tot sacrorum membrorum reverentia anxie & circumspèctè officium facias, alioquin violati adyti prœnas, à quibus ego parum absui, incursum. Ecquid perpeffus sit Avus, nemini constitisse, repetiisse tamen hanc animi consternationem etiam alibi, quam dignam Hasenrefferus putavit, quæ juvenili temeritati aut profanæ etiam quorundam securitati objiceretur. (o) Tandem Anno 1590. d. 7. Jan. ætat. 63. mens. 9. d. 13. Minist. 44. ex Pleuritide placidè obdormivit in Domino, repetitâ prius publicâ de Doctrina sua Confessione. Cum Medicus decumbentem interrogaret: Ut valeret? respondit alacri animo: A Deo indivullus. Bon Gott unterschieden. (p) Defuncto parentârunt D. Lucas Osiander, Senior, habitâ Concione ex 2. Tim. IV. 7. 8. Jacobus Heerbrandus in Academico Auditorio, & Antonius Varenbülerus Abbas in Collegio Hirsaugiensi, duabus memorandis orationibus, quæ exhibentur in Famâ Andreana Reflorescente. Contra Calvinianos & Pontificios post Nepotem Joannem

(o) Vita Val. Andrea manuscripta.

(p) Jac. Heerbr. in Orat. Funebr.

nem Valentinum & alios, graviter eum defendit, Joannes Fechtius, Theologus celeberrimus. Contra G. Arnoldi criminationes verò uterque Carolus Pater & filius, Wirtembergici Theologi. Iste quidem Tomo Secundo Memorabilium. Hic autem nuperrimè & fusissimè linguâ vernaculâ. (q) Scripta edidit plurima, adeò, ut Vir quidam doctus & dives Tubingam post ejus obitum scripserit: Se de monumentis ejus habere in suâ librariâ ultra 150. v. priorum Argumentorum Opera. (q)

Epitaphium ejus propè suggestum summi Templi Tubingensis erectum sic habet;

JACOBUS ANDREÆ, Waiblingensis, D. Theol. Vir judicii magni; ingenii dexterrimi; pietatis & eruditionis eximiae; eloquentiae admirandae! qui ad Ministerium Ecclesiasticum anno XVIII. legitimè vocatus, Ecclesiae Christi Concionibus & scriptis utilissimis totos XLIV. annos indefesso labore inservivit: Anti-Christi Romani ac aliorum Hæreticorum Impietatem & Errorem gladio Verbi Dei fortiter pro-

G s

fi-

(q) Wirtembergische Unschuld! P. 3. c. 4. Art. 1. seqq.

(q) Freher. Theatr. p. 278. ex Hierbrando & Melchioris Adami.

fligavit: peregrinationes multas & longinquas, vocatus à piis Magistratibus, reformandis Ecclesiis, sedandis dissensionibus, & constituendæ piæ CONCORDIÆ, impendit: Consiliarius Illustrissimorum Ducum Wirtembergicorum, Præpositus Ecclesiæ & Cancellarius Academiae Tubingensis annos XXVIII. fidelissimus fuit. Placidissimè in Christo obdormivit & omnium piorum luctu heic sepultus est, anno MDXC. cùm vixisset annos LXI. menses VIII. dies XIII. *vid. Caroli Memorab. T. II. P. 2. p. m. 526.*

Jacobus Andreæ

per ἀναγνώμα.

Nicod. Frischlini.

Sana verba edico.

Sanis nos jussit Paulus sermonibus uti,

EDICO gregibus Sana ego VERBA Meis.

Sana sed insani insano contemnere fastu,

Aggressi pœnas, quas meruere, dabunt.

Epigramma nos addimus:

*Cernitis Andreiam, pia quem CONCORDIA magnum
Eximiaq; probat DEXTERITATE VIRUM.*

Qui

Qui verum egregiâ sese virtute Jacobum
Exhibuit, DOMINI bella manumq; gerens.
Quem totis sine fine petunt Convicia plaustris,
Quæ ferus indomito livor ab ore vomit.
Sed tamen & meritis sublimem fama coronat
Laudibus, atque poli fulgidus ornat honor.
Maeste animo, quicumque VIRI vestigia calcas,
Atque odio vetitæ sformata pacis habes.

Scripta Jac. Andreæ.

Contra Pontificios.

Υπερασπίτης τῶν περλεγομένων Joh. Brentii
in Apologia Ec. contra Bredenbachium. Anno
1558.

Refutatio pia & perspicua criminationum Ec. contra
Hosium. 1560.

Recusatio Concilii Tridentini.

Ad Frid. Staphyli confectas Lutheranorum antilogias
responsio. 1558.

De usu calicis in Synaxi, Ec. contra Barth. Latomum
defensio.

Apologia Capitum Disputationis de Majestate hominis
Christi, deque substantiali præsentia Christi in Cæna.
contra Ingolstadienses. 1564.

De Majestate Hominis Christi, & in Eucharistia præ-
sentia & Concilii Tridentini decreto de fide Justif. re-
sponsio contra Sperlingium 1565.

Consutatio disputationis Gregorii de Valentia, sub titu-
lo de vera Præsentia Christi in Cælis tantum, &
in Ec. contra Nestorianos novos Jesuitas. Anno
1583.

Contra

Contra Calvinianos.

Refutatio orthodoxi Consensus Calvinianorum.

Simplex ac dilucida Expositio Sententiæ de Cæna germanicè scripta, & in gratiam externarum Ecclesiarum latine reddita: Additæ sunt ejusdem Argumenti Homiliæ Brentii Anno 1561.

Concio de Cæna Domini in Comitibus Imper. Augustæ habita, & latine reddita.

Assertio doctrinæ de personali Unione contra Beza librum: placidum & modestum responsum 1565.

Admonitio Scheckii de Comment. in Topica, & Confessio de Cæna & Persona Christi 1585.

Expositio Controversiæ de duabus Naturis in Christo, præsentia Ejus in Cæna, contra Bezam & Bulling. 1565.

Responso brevis contra librum Sturmii, quem antipapam quartum inscripsit. Anno 1581.

Admonitio de crimine Stellionatus Calvinianorum, quo Jesuitas in societatem rapere conantur. Anno 1582.

Refutatio blasphem. Apologiæ Lamb. Danaei de Adoratione Carnis Christi. 1583.

Confutatio disput. Grynæi de Cæna. Anno 1584.

Admonitio de Synopsi orationis Grynæi. 1584.

Epitome Colloquii Montispelg. adjecta refutatione Responsonis D. Bezæ, de Actis ejusdem Colloquii. 1588.

Didactica.

Methodus Concionandi per. D. Polyc. Lyserum edita. 1595.

Oratio.

Orationes.

DE Principum officio in Collegiis Monasticis tuendis
& studiis fovendis, habita in Collegii Ganders-
heimensis inauguratione. Anno 1571.

Oratio de studio sacrarum Literarum in Academia Li-
psensi recitata. 1577.

De Instauratione Studii Theologici in Academia Witeb.
ad eam puritatem, in quam vivente Luthero Docto-
res S. literarum pie consenserunt. 1577.

De Incarnatione Filii Dei, contra Zuvingl. & Calvini-
stas in Vigilia Nativ. habita. 1580.

De Disciplina in Acad. Tubing. instauranda & conser-
vanda. 1583.

Oratio de Nativitate Christi. 1562.

Or. fun. Matth. Aulberi Abbatis Blabyrensis.

Oratio Inauguralis, cum officium Cancellariatus &
Præposituræ capefferet. 1562. habita.

Disputationes.

Variæ de variis materiis Theologicis, numero 66.

Rescriptorum Principum Germaniæ diversorum to-
mus.

Epistolarum à celeberrimis passim Theologis acceptarum
aliquot Centuriæ.

Epistolarum suarum fasciculus.

Colloquia publica & privata.

1. Cum Anti-Trinitariis.

Actio cum Matthia Gribaldo An. 1557. 6. Junii ha-
bita,

2. Cum

2. Cum Anabaptistis.

Colloquium Pfedersheimense cum Anabaptistis institutum d. 25. Aug. 1558.

3. Cum Pontificiis.

Colloquium Wormatiense. An. 1558.

Colloquium Possiacenum. An. 1561.

Colloquium cum Cardinale Guisio Lotharingo Tabernis Alsaticis d. 16. Febr. 1562. institutum.

Colloquium cum Andrea Fabricio Jesuita d. 29. Aprilis. 1571. Stuttgartiæ habitum

Colloquium Badense cum Joh. Pistorio An. 1589.

4. Cum Calvinianis.

Colloquium Maulbronnense Tübingæ. 1564. in 4.

Colloquium Mompelgartense cum Theodoro Beza. Tübingæ. 1784. in 4.

Colloquium cum Consule Bremensi Daniele à Pyrn.

Colloquium privatum cum Electore Friderico Palatino de Cœnâ. 1569.

Colloquium Memmingense cum Eusebio Clebero habitum d. 11. Julii 1575.

Colloquium cum M. Barthol. Hagenio Stuttgartiæ habitum. An. 1559.

Colloquium cum Zanchio Argentiniæ habitum An. 1563.

Colloquium cum G. Wigelio Stuttgartiæ 1563. habitum. Manuscriptum.

Colloquium cum Casparo Peucero, de Communicatione Idiomatum d. 16. Nov. An. 1576.

Colloquium Herzbergense. Halæ Saxoniæ edit. 1594. in 4.

Colloquium cum Henrico Joam à Mundelsheim Prætorio Argentinensi de Cœnâ Domini & personâ Christi Stuttgartiæ. A. 1584.

5. Cum

5. Cum Flacianis.

Colloquium Sangerhusanum cum Cyriaco Spangenbergro.

Colloquium cum Matthia Flacio, Argentinae, 1571.

Colloquium Lindaviense, de Peccato Originis cum Tobia Rupio. An. 1575.

Germanica.

Contra Pontificos.

Nöthwendige Erinnerung von der Teutschen Bibel Dollmetschung samt Widerlegung der Ursachen / warum die Papistschen den Leuten die Bibel verbieten. 1568.

Theses Germanicae de norma veritatis & Judice controversiarum Ratisbonae ad disp. proposita. 1588.

Einfältiger Bericht / wie sich ein Christ auß seinem Catechismo verantworten soll / warum er nicht mehr zur Messe gehe?

Bericht von Catholischer Communion und rechter Nießung des Leibs und 2c. wieder den Bericht auß Befehl etlicher Geistlichen und Weltlichen Fürsten durch derselben Theologen von Einer Gestalt zusammen getragen.

Christlicher Gegen. Bericht von der Mess / ob sie ein Evangelischer Christ besuchen oder fliehen soll?

Bericht von der Einigkeit und Uneinigkeit der Augspurgis. Confessions-Verwandten Theologen wider den Laß. Zettel auf den Reichs. Tag / 1559. gehalten / außgebreitet. 1560. gedruckt.

Wider.

Widerlegung der vermeynten Ursachen/davon
etliche von der Augspurgis. Confession zum
Papstthum abfallen.

Gratulation, daß die Prediger in Bayern Luthere-
risch worden.

Wieder. Ruf der Gratulation wider die Mönchen
und Pfaffen in Bayern.

Christlicher Bericht/welcher gestalten die Her-
ren- und Jungfrauen- Clöster in Braun-
schweig reformiret.

Antwort auf den lästerlichen Gegen- Bericht
Judæ Ischariots/ so sich Frid. Staphylum nennt/
vom rechten Verstand Gottes Worts Doll-
metschung der Bibel/ und Einigkeit der Lu-
therischen Predicanten.

Abfertigung des Vortrabs Staphyli.

Erklärung dreier Haupt- Artikel: 1. Ob ein
Mensch festiglich glauben könne / daß er ei-
nen gnädigen Gott habe. 2. Daß auß der
Heil. Schrift lerne könne; 3. Wodurch der
Mensch bey Gott zu Gnaden komme &c. son-
sten Antwort auf den Nachdruck Frid. Staphy-
li genannt.

Ein Buch wieder Schürers Lasterung / und
von dem Send-Brief der Patriarchen zu Con-
stantinopel.

Send-Brief an Conrad Bettern Jesuiten
und Thumm Predigern zu Regensburg/von
seinem Predigen und Lasterung wider die
Kirchen Augspurgischer Confession und der-
selben/ &c.

Wider-

Wiederlegung der nichtigen Verzeichnüß Gregorii de Valentia wider die Erinnerung vor der Calvinianer Betrug und Einigkeit mit den Jesuiten. 1583.

Trost-Schrifft an die arme betrübte Christen/ die hin und wieder über der Lehr des Evangelii verfolgt werden.

Gespräch ein's Präsidenten / Lutherischen Predicanten / und Jesuiters / von der Catholischen / Apostolischen / Christlichen Kirchen. 1596.

Ein Traktat von der Meß an Herzog Eberhardt von Wurtemberg ergangen.

Contra Calvinianos.

Bericht von des Herrn Abendmahl und wie sich ein einfältiger Christ in die langwierige Zwispalt / so ich drüber erhaben / schicken soll.

107. Schluß: Reden von der Majestät des Menschen Christi / und Gegenwart im Heil. Abendmahl / defendirt zu Eübingen / per Joh. Jac. Gryn. 1564. verteutscht 1584. wieder Grynæi Heidelbergische Disputation.

Bericht von dem Colloquio zu Maulbrunn / 2c. kurzer Außzug desselben.

Wiederlegung der Predicanten Antwort zu Zürich / auf Joh. Brenkens Testament / in welcher zur Erhaltung des einfältigen Verstands der Worte Christi / der Sacramentirer Irrthumm wiederlegt wird.

Kurze Verantwortung über Bullingers 7. Klag-Artickel.

H

Abferti.

Abfertigung der Antwort Bullingers und der
Zürcher Prädicanten wieder die Rettung des
Testaments Joh. Brentii außgangen/ darin 2c.
Antwort auf Joh. Sturmii Buch/ *Antipappus quar-*
tus genant/ auß dem Latein verteuschet.

Abfertigung des Vortrabs Sturmii.

Bericht auf Joh. Sturmii kurze schriftliche Ver-
antwortung vom Buch der Concordien und
derselben anhangenden Sachen.

Warnung vor der Calvinianer Betrug *crimen*
falsi genant / ihrer vermeynten Einigkeit und
Gesellschaft mit den Jesuiten. Auch von
der Jesuiter schrecklichen Kekererey und Gotts-
lästerung/ da sie Christo nach seiner Mensch-
heit die allmächtige Hand Gottes abspre-
chen.

Erinnerung von etlichen Schriften und Bü-
chern / so zum Theil unter *Ambrosii* und *Chri-*
stophori Hesslandri , zum Theil ohne Nahmen
außgangen.

Abfertigung der Gegen-Warnung der Heidel-
bergischen Prädicanten.

Kurzer Begriff des Mömpelgardischen *Collo-*
quii , samt Wiederlegung der Antwort *Bezae*
auf die *Acta* gedachten *Colloquii*. 1586.

Warnung vor der Calvinischen neuen Erklä-
rung des Catechismi / so in Zwenbrück bey
dem gemeinen Mann und der Jugend ge-
trieben werden soll/ zu Heidelberg/ 1588. auß-
gangen.

Warnung von der zu Neustatt an der Hartt
nachs

nachgedruckten verfälschten und mit Calvinischer Lehr beschmeissten Bibel D. Luthers.

Spiegel der offenbaren Calvinischen Lügen wider reine Lehrer Augspurgischer Confession, und Lasterung wider die Göttliche Majestät der Menschheit Christi.

Teutsche Theses wider der Calvinisten vielfältige Irthümer von der H. Tauffe.

Antwort auf die krafftlose Protestation, so ein leichtfertiger Calvinist wider H. Andrea verfertigt.

Bericht von Christlicher Einigkeit der Theologen/so sich zu der Augspurgischen Confession in Ober- und Nieder- Sachsen samt den Oberländischen und Schwäbischen Kirchen bekennen / durch etlicher Fürsten Gesandten anno 1569. und 1570. erkundiget / und zu Zerbst auf dem Synodo gegen einander erklärt/ gedruckt zu Weissenbüttel.

Bericht von der Ubiquitat an eine hohe Fürstliche Person gestellt.

Contra Flacianos.

End- Brieff D. Andrea an Flacium von der Erb- Sünd.

Bericht von der Erb- Sünd wider Flacium. Anno 1575.

Gewißheit der Christlichen Lehr alter reinen Theologen Augspurgischer Confession von der Erb- Sünd wider die Flacianer.

Repetitio sanæ doctrinæ D. M. Lutheri.

Abfertigung des ungegründten Berichts des
ren zu Regenspurg 1587. geurlaubter Pre-
diger/ betrifft die *Materie* vom Wucher.

Conciones.

Drey und dreyssig Predigten von den für-
nehmsten Spaltungen zwischen den Pab-
stischen / Lutherischen / Zwinglischen /
Schwenckfeldern und Wiedertauffern zu
Eßlingen gehalten / 1567. hernach mit 6.
Predigten von der Augspurgischen *Confession*-
Theologen Uneinigkeit vermehrt.

Passional-Büchlein/das ist/der *Passion* gepredigt/
zu Wittenberg. 1577.

Christliche Anleitung wie die Lehr des *H. Evans-
gelii* in denen Kirchen / so bisher unter dem
Pabstthum gewesen / auß dem Catechismo
einsältig gepflankt werden mögen/in 31. Pre-
digen zu Wachendorff gehalten.

Zehen Catechismus - Predigten zu Lauingen
gehalten.

Sechs Predigten vom Closter-Leben.

Zehen Christliche Predigten über etliche Son-
tägliche *Evangelia*, von Anstellung nützlicher
Ordnung in der Kirche Gottes / wieder die
Irthumm/gehalten zu Lauingen. 1562.

Vier Predigten zu Oettingen / 1. Vom Ley-
den Christi. 2. Vom Fußwaschen. 3. Auf-
erstehung Christi. 4. Mess und einerley
Gestalt.

Preo

Predigt vom Fronleichnams - Fest / ex Joh. 6.
samt Wiederlegung Schürers Predigt
Gottleichnams. Fest und Umgang. 1588.

Fünff Predigten vom Werck der Concordien / und
endlichen Vergleichung der strittigen Reli-
gions-Puncten / gehalten und gedruckt zu Dres-
den / anno 1580.

Erinnerung nach dem Lauff der Planeten ge-
stellt / darauß ein jeder Christ zu sehen / was
er vor Glück und Unglück zu gewarten / ex
Luc. 24. in 5. Predigten verfasst. 1568.

Dreyzehn Predigten vom Türcken / 1569.

Vier Predigten vom Bucher zu Regensburg
1588. gehalten / und zu Tübingen 1589. ge-
druckt.

Predigt von der Leiter Jacobs Gen. 28. zu
Straßburg im Münster 1565. gehalten /
1566. gedruckt.

Predigt vom Sacrament des Leibs und Bluts
Christi. 1583. zu Lindau gehalten.

Predigt von der Mess und einer Gestalt des
Sacraments.

Zwey Predigten von der Einigkeit der Kirchen-
Diener / Majestät des Menschen Christi /
und Gegenwart seines Leibs und Bluts im
H. Abendmahl / gehalten zu Memmingen /
1573.

Predigt von Einigkeit der Theologen Augspur-
gischer Confession, zu Dresden 1570. gehalten /
und zu Wolffenbüttel gedruckt.

Predigt von der Kirchweih zu Jerusalem / ex
Joh. 10. Von Christlicher Reformation der

H 3

Evangelium

Evangelischen Kirchen zu Alalen gehalten /
1586.

Predigt vom Fluchen und Gottslästerung / zu
Bebenhausen gehalten / 1575.

Predigt über den 65. Psalmen / gehalten zu
Stuttgardt in der Schloß-Kirchen / 1584.

Zwo Predigten vom Nachtmahl.

Predigt über die Wort Psalm 145. **Der Herr**
ist nahe allen / die **Jhn 20.** gehalten zu
Heinrichsstatt in Braunschweig / 1579.

Predigt über die Wort Rom 1. **Ich schäme**
nich deß Evangelii nicht.

Predigt vom Tauff.

Hattenhofer Predigten / 1. Von der Laiter
Jacobs / Gen. 28. 2. Vom H. Abendmahl.

Trost-Predigt von der grossen Brunst zu
Sulz / 1582. d. 16. Septembr. auß dem Predi-
ger Salomon 9. Capitel. **Ich hab solches**
alles zu Herzen genommen / 20. gehalten.

Zehen Predigten von der Trunckenheit über
etliche Sonntags-Evangelien.

Dom. I. Advent. gehalten zu Worms / 1557. in
währendem Colloquio.

Predigt am St. Stephans-Tag / ex Act. 6 &
7. gehalten.

Predigt auf die Beschneidung Christi.

Predigt über das Evangelium / Luc. 18. Dom.
Estonihi, zu Arnstatt. 1570.

Predigt vom Verstand / Brauch / Mißbrauch
deß Sacraments deß Leibs und Bluts Chri-
sti / auf den Palm-Tag zu Eßlingen / 1566.

Pre

Predigt wie der Mensch gerecht werde vor
Gott/ auf Dom. Quasimodogeniti zu Augspurg
auf dem Reichs-Tag gehalten.

Predigt vom Heil. Abendmahl auf Dom. Canta-
te, zu Augspurg auf dem Reichs-Tag gehal-
ten.

Predigt Dom. Trinitatis Joh. 3. gehalten zu Leip-
zig/zu S. Thomas, samt Erzählung wie es fürter
in Churfürstl. Sächsischen Crank / Kirchen
und Schulen soll gehalten werden/zu Mag-
deburg 1579. gedruckt.

Predigt vom grossen Abendmahl/ Dom. 2. Trini-
tatis Luc. 14. zu Wittenberg gehalten / 1579.

Predigt auf den Tag Johannis des Täuffers/
von seiner Enthauptung/ zu Franckfurth am
Mayn gehalten.

Predigt über das Lob. Gesang Zacharia. Luc. 1.

Predigt Dom. 14. Trinit. wieder die Sorg der
Nahrung zu Wolffenbüttel gehalten.

Predigt Dom. 18. Trinit. Matth. 22. Vom Gesetz/
und der Person Christi / gehalten im Schona-
buch. 1578.

Predigt Dom. 20. Trinit. Matth. 22. Vom Hoch-
zeitlichen Kleid gehalten zu Regenspurg/
1587.

Predigt Dom. 21. Trinit. Joh. 4.

Predigt Dom. 25. Trinit. Matth. 24. Von vielen
Verführungen in den Kirchen Gottes vor
dem Jüngsten Tag / 1577. zu Weinmar ge-
halten/ und 1578. zu Leipzig gedruckt.

Hochzeit-Predigten.

Predigt vom Hett. Ehtand / *ex Ephes. 5. zu*
 Schorndorff gehalten.

Predigt auß dem 28. Ps. gehalten / anno 1585.

Leich-Predigten.

Predigt bey der Leich-Frauen *Sabina Herho-*
gin zu Württemberg / ex Psalmo 90. zu Tübin-
gen 1564. gehalten.

Zwo Predigten bey der Leich der Fürstin *Mar-*
garetha / eine in der Schloß-Kirchen zu
Wolffenbüttel / die andere in der Pfarr-Kir-
chen der Heinrichsstadt / gehalten.

Predigt bey der Leich Juncker Hansen von Lies-
 benstein zu Göppingen / gehalten.

Predigt bey der Leich Herrn Ungnaden / zu Tü-
 bingen gehalten.

Predigt bey der Leich *D. Wilhelm Vidembachs /*
zu Benhausen gehalten.

Predigt bey der Leich *Primi Truberi. 2. Tim. 4.*

Predigt bey der Leich Juncker Balthasars von
 Carpfen / *ex Syr. 10. Von glückseliger Re-*
gierung eines Christlichen Regenten.

Predigt bey der Leich *D. Theodorici Schnepffii, ex*
Es. 3. gehalten.

Predigt bey der Leich Juncker Fris Harters /
 Obervogts zu Tüb. *ex Ebr. 9. gedruckt 1590.*

Predigt bey der Begräbnus *Petri Pauli Vergerii,*
 zu Tübingen gehalten.

Wahrhaftige Geschichte von einem Juden / so
 zu Weissenstein den 10. Julij, anno 1550. ge-
 richt / und zuvor durch *D. Jac. Andreae* zum
 Christlichen Glauben bekehret worden.

Ords

Or

R

ten
 Wi
 an
 bus
 fui
 rior
 sub
 sim
 ne
 fur
 tem
 bra
 rit
 pr
 Op
 ne
 or
 gr
 et
 tu
 bu
 ab
 stu
 ex

cus, Pastor Niffernenſis, ſeptuagenario major, ſtemmatis ſui poſtremus, cui per manum tertiam iſta de Proavo relata ex parte debemus. Rupertus piè in Chriſto mortalem hanc vitam abſolvit. Anno Chr. 1580. (c) in Templo Durlacenſi primario ſeſepultus. Piam Viri memoriam recoluit Conrad. Wolffgangus Plazius, diſputationis ſupra memoratæ Auditor.

Scripta.

Diſputatio Inauguralis de uno Mediatore ac Interceſſore noſtro Domino Jeſu Chriſto. Tubingæ. anno 1554. 4.

Eam Conr. Wölffg. Plazius Luco Errorum Pontificiorum inferuit. edit. Tubingæ. 1594. § 1598. 8. p. m. 319. ubi hæc habet: Viſum eſt huc ponere piam doctam & nervoſam de Unico Mediatore ac Interceſſore noſtro Diſputationem &c.

N. 1528.

Cl. 1562.

O. 1594.

JACOBUS SCHROPPÍUS, Abbas Monafterii Maulbronnensis Evangelicorum quartus, natus Vaihingæ an. 1528. Patre honeſto Cive; Prima Literarum rudimenta poſuit Pforzemii, ubi ob paupertatem multa perpeſſus, anno 1547. in Cœnobium Maulbronnense recipitur, & anno inſequente publicam profeſſionem more Pontificio facit. Cum verò paulò poſt Novum Teſtamentum à Luthero Germanicè converſum, & à Patre clanculum ſibi tranſmiſſum diligentiffimè, & quidem noctu ad debile ſatis Lunæ lumen,

(9) Erb. Cellius in Or. cit. editionis primæ, Tub. 1557, in 4.

lumen, metu periculi, quod ex librorum Lutheri lectione severissimè Conventualibus interdicta impendebat, evolveret, factum est, ut Evangelicam Veritatem irradiante mentem Spiritus S. gratià sensim agnosceret. Accedente igitur Monasteriorum in Ducatu Wirtembergico publicà Reformatione, ipse anno 1557. Coadjutor Præsulis Regiofontani, atque defuncto illo, Successor electus fuit, & cum consensu Illustrissimi Ducis Christophori uxorem duxit. Inde porro anno 1577. ad Præposituram Claustrì Denckendorffensis, quod est ad Sepulchrum Domini, & 1578. post Johannem Magirum ad Abbatiam Mulifontanam, connexamque Tetrarchiam Generalem & Sessionem in Senatu Provinciali Majore, promotus. Quibus Officiis magno cum Ecclesiæ Wirtembergicæ, tum Juventutis Scholasticæ Claustralis emolumento præfuit, atque vigilantiam, dexteritatem, aliasque Virtutes eximias Serenissimis Wirtembergiæ Ducibus apprimè comprobavit. Studio Historico in tantum delectatus, ut non solum instructissimam ex variis Historicis Bibliothecam possideret, sed & aliquot centum perlegeret Authores, rebus maximè notabilibus felicissimæ, quæ pollebat, memoriæ infixis. Scripsit de Actis Concilii Oecumenici in Articulo de S. Cœnâ, quibus adeò bilem movit adversariis, ut personatus quidam Calvinianus sub nomine Angeli Masarelli S. R. Ap. Sedis Notarii, Epistolam contra ipsum ediderit admodum virulentam, ubi eum subinde scorpionem appellat, & variis calumniis proscindit. edit. Romæ anno 1582. 4. Decessit Vir laudatissimus Thermis Ferinis, quibus valetudinis causâ

causâ utebatur die 14. Julij, Anno 1594. æt. 66. Ministerii 37. Concionem ejus funebrem habuit Joh. Magirus Præpositus Stuttgardianus ex Genet. XXV. 7-10.

Scripta.

Acta Concilii Oecumenici de Cœna. Germanicè Tübingæ. 1582. 4. & Latine Wittebergæ. Anno 1594. 4.

N. 1528. **E**BERHARDUS BIDEMBACH, SS. *Cl. 1565.* Theol. Doctor, Monasterii Beben-
Ob. 1597. hufani Abbas Evangelicorum primus, natalem suum habuit Grünbergæ in Hassia die 2. Julij, 1528. Patrem Johannem, qui 1534. Dei directione ex Hassia in Wirtembergiam venit, & Præfectus Brackenheimensis factus; Fratres verò notissimos, Balthasarem, Stuttgardiæ Præpositum, & Wilhelmum, Ecclesiæ Cathedralis Antistitem, cum quibus Erhardi Schnepffii hortatu, qui Parentes ejus familiariter sibi notos à Conventu Smalcaldico rediens, visitaverat, studiis consecratus, prima literarum fundamenta Stuttgardiæ sub cura ejusdem Schnepffii jecit; in Stipendium Illustre ex Singulari Ducis Ulrici gratia receptus eos studiorum fecit profectus, ut non tantum 1552. Diaconia Herrenbergensis, sed & 1557. Gradus Theologiæ Doctoris à Facultate Theologica, & 1558. Pastoratus oppidi Vayhingensis, cum Superintendencia illi conferretur; qua per biennium laudabiliter gesta 1560. Superintendentis Generalis munus cum Abbazia

Abbatia Bebenhusana & Consilarii Ducalis, nec non Assessoris statuum Provincialium dignitate adeptus est; quibus officiis magno cum Zelo, fide & constantia præfuit. An. 1596. Colloquio Ratisbonensi, quod cum Samuele Hubero Principum aliquot, maximè Wirtembergici jussu, instituebatur, intererat. Tori Sociam possedit, Sophiam, Joh. Brentii, magni illius Sueviæ Reformatoris filiam natu maximam, (a) cum qua Filium genuit doctissimum Eberhardum, Diaconiae Tubingensi adnotum, & SS. Theologiæ Candidatum, sed præ maturè An 1591. d. 21. Aug. mortuum. (b) Diligentia & dexteritate sua famam clarissimi Theologi meruit, (c) & Brentii Filium in operibus Patris edendis strenuè adjuvit, Tomum II. luculenta Præfatione exornans. (d) Vir de cætero sobrius, sedatus, honestus, pius, luxuriæ & fastus osor acerrimus, pauperum, imprimis Viduarum, Orphanorum & Exulorum consolator beneficus, Alumnorum non tam Præsul, quàm Pater fidelissimus. Testibus Nicod. Frischl. (e) aliisque discipulis. Spiritum Deo reddidit placida morte An 1597. d. 24. April. æt. 68. (f) Concionem exequialem habente Ulrico Bollingero Præceptore Coll. Bebenhuf. ex I. Thes. II, v. 11.

Scripta.

- (a) Erb. Cellius in Or. Joh. Brentio Juniori dicta. p. m. 37.
- (b) Epitaph. Tubinga extans.
- (c) Job. Fechtii Appar. Hist. Sec. XVI. p. m. 128.
- (d) Opp. Brentii Tom. II. & Cellius l. c. p. 43.
- (e) Libr. IV. Elegiar.
- (f) Aug. Brunii Libellus Synopt. pag. 41.

Scripta.

Concio fun. in funere Ducis Christophori ex Job. X.
27. 29. Tub. 1569. 4.

It. in funere Ludovici, Ducis Wirtemb. ex Job. XII.
Tub. 1593. 4.

Conc. fun. in obitum Catharina Breunningæ, ex
Job. III. 16 Tub. 1590. 4.

Dedicatio & Præfatio in Tomum II. Operum J. Bren-
tii. Tübingæ. 1570. fol.

Nat. 1529. **H**ENRICUS RENTZIUS, Cœno-
Clar. 1567. bii ad D. Georgium Abbas, Win-
Obiit 1601. spergæ, oppido Ducatus Wirtembergici,

natus est die Laurentii An. Chr. 1529.
Patre Ulrico Rentzio, Cellario, Matre Euphrosynâ
Megenhartiâ. Cum in Schola patriâ literarum pri-
mitias percepisset, Pater filio huic suo studiis desti-
nato stipendium à Dom. Winspurgæ obtinuit, eum-
que Episcopo Herbipolensi in Sacris confirmandum
præsentavit; nam Canonicus quidam Backnangæ
habitans, ortu Megenhardus, Henricum suum, si
sacris operam daret, hæredem sibi destinaverat. Is
verò cum percepisset, cognatum à Patre suo Ulrico
post ortam Evangelii lucem, in Academiam Tu-
bingensem missum fuisse, ira exardescens agnatam
suam, Henrici Rentzii Matrem, Testamento mu-
tato prorsus ab hæreditate exclusit. Missus autem
à Parentibus in Pædagogium Stuttgardianum, in eo
studii insudavit usque ad Annum 1547. quo reform-
atis à Duce Ulrico Ecclesiis Wirtembergicis, in Aca-
demiâ

den
dian
Bac
ren
pete
men
bun
stor
inde
Aca
Th
spli
Pat
mi
de
Pen
giu
fuit
etia
quo
Eva
non
labo
suo
usq
pte
Fric
Ger
lexa
stor
Gra
qua

demiam] Tubingensem promotus, & Ducis Stipendiarius fuit associatus; Ibid. 7. Martii Anno 1548. Baccalaureus, & 4. Febr. 1551. Magister artium renunciatus, mox Inspector Stipendiariorum & Repetens factus est. An. 1554. Ecclesiæ Brackenheimensis Diaconus, per triennium ibi cœlebs Verbum Dei docuit. An. Chr. 1557. Promotus ad Pastoratam Lustnaviensem, Tubingæ vicinum. Exinde Lectiones & Disputationes Theologicas, in Academia Tubingensi sedulus accessit, Doctoris Theol. gradum assumere cupidus. Id cum Patri displicuisset, Anno 1560. Lustnavia discedens, in Pastoratam Winnendensem, à Duce clementer admissus, ultra septennium Ecclesiam illam cum laude docuit, usque dum Anno 1567. circa Festum Pentecostes Abbas & Prælatus Cœnobii ad S. Georgium, unaque Ducis Wirtembergici Consiliarius fuit denominatus. Cum verò Superintendentis etiam Specialis munus ipsi fuisset injunctum, bis quotannis, Abbas ipse secundus Cœnobii Georgiani Evangelicus, Ecclesias sibi vicinas cum Cœnobii nondum penitus à Papatu reformatis, magno cum labore visitavit, Scholasque direxit. In Munere suo Ecclesiastico fidelem se præbuit Dei Ministrum, usque ad Annum Christi 1599. ætatis 70. quo propter Senium debilitatus, à Duce Wirtembergico Friderico, clementer dimissus, Nürtingam ad Generum & Filia Suae Eleonoræ Maritum, M. Alexandrum Wolfarthum, Ecclesiæ Nürtingensis Pastorem se contulit. Cum Coniuge Sua Casparis Græteri Concionatoris Aulici Filia 44. annos exegit, quæ 5. Filios & 9. Filias ei peperit, è quibus duos
Filios

Filios reliquit superstites, M. Ernestum Rentzium, Pastorem Ecclesiæ Echterdingensem, & M. Ottonem Johannem, Theologiæ Studiosum & Stipendiarium Tubingensem. Sex verò filias vivens totidem Theologis elocavit, generis suis, M. nimirum Jacobo Lüblero Concionatori Ratisbonensi, M. Alexandro Wolfartho, Pastori Nürtingensi, M. Alexandro Veringero, Pastori Rosenfeldensi, M. Petro Mendlino, Pastori Heiningensi, M. Jacobo Bioffio, Pastori Büßingensi, & M. Johanni Henrico Crebero, Pastori Dachtelensi. Viribus tandem sensim consumptis, paucis ante obitum horis sopore profundo obrutus, placidè obdormit Nürting. d. 2. Septembris, Anno Christi 1601. ætatis 72. Concionem Funebrem ex Gen. 47. v. 7. 8. 9. 10. habuit Henricus Dauber, Diaconus Nürtingensis. Distichon Numerale continens Annum, Mensē, & Diem Obitus composuit Daniel Cober, Discipulus:

5. *ALTERA LUX Vbi septembris sub sole resVLst,
OCCVbVLt Letho RentziV ILLe pater.*

*Præco, Pater, Servus; sonui, fovi, coluique
Sacra, Scholam, Christum; Voce, rigore, fide.*

*Ortum, artem, Cathedram; Weinsperga, Tubinga,
Georgus;*

Dat, tribuit, mandat; Corpore, mente, fide.

*Tamam, Animam, Corpus; dispergit, recreat, abdit;
Virtus, Christus, humus; laudē, salute, finu.*

vid. post Concionem Funebr. etiam Freheri Theatr. III.
Virob. P. I. Sect. 3. p. 32. & Serpili Epitaph. Theolog.
Suevix. p. 55.

BALTHA-

BALTHASARUS ELENHEIN. *Cl. 1570.*
 ZIUS, Monasterii Alpirspacensis, *O. 1579.*
 quod Comites à Sulz, Albertus Comes
 à Zollern, & Barones ab Hausen olim fundârunt,
 Abbas, & Wirtembergici Ducis Consiliarius, studiâ
 sua ad propagationem Verbi Divini in Ducatu Wir-
 tembergico eâ benedictione Domini diversis locis
 collocavit, ut per legitimos honorum Pastoris & Su-
 perintendentis Specialis gradus ad Insulæ Præsularis
 dignitatem prædicti Cœnobii ascenderet, 14. Alum-
 nus inibi sustentatis pietatis veræ & literaturæ semina
 instillans. Libro Concordiæ nomen dedit cum Ab-
 batibus cœvis, An. 1577. Biennio post extinctus
 An. Chr. 1579. Prolixus est in laudibus ejus Nicod.
 Frischlinus. Eleg. Libr. IV.

Balthasarum sceptrum gerit hic Elenheinzius Abbas

Commissumque piâ sublevat agmen ope.

Vir pietate Deo gratus, gratissimus adi:

O quantus superum Christiadumque decor?

Cœlicolam præco virtute politus & arte

Integer & mentis dexteritate sagax.

Qui simul ac scandit divinæ fulcra cathedræ

Cælestes aperit voce disertus opes.

Verbaque iustifici profert felicia Christi

Quæque Evangelicus dogmata cœtus habet.

Non Scoti, aut veteris narrat deliria Thomæ,

Qualia sunt rasi somnia multa gregis.

Te pie Christe sonat, Te te pie Christe sonabit,

Donec in ipsius corpore nervus erit.

Adde quod hunc moles commissi muneris urget

Ejus & ex humeris non leve pendet onus.

Lassat

ium,
 Otto-
 pen-
 vens
 M.
 atis-
 Jürt-
 sen-
 ensi,
 . Jo-
 Vi-
 itum
 rmit
 601.
 v. 7.
 Jürt-
 num,
 ober,
 Lst,
 inga,
 bdit;
 .
 tr. III.
 eolog,
 THA-

Lassat eum pariter juvenum tutela suorum

Lassat eum veræ religionis honor.

Non plures alias præclaro in pectore dotes

Non animi vires ingeniive canam.

Non vitam innocuam; versu namque omnia durum

Ferre: Sed ad reliquas lintea tendo scholas.

N. 1530.

Cl. 1570.

O. 1606.

ABEL VINARIUS, vernaculo sermone Weinlin dictus, Generalis Superintendens & Abbas Lorchensis, Senatus & Synodi Provincialis Adlector, vitales auras primùm hausit Hausbergæ in Comitatu Hano-
viensi An. 1530. Parentibus, Vito Pastore & Elisabethâ Heldiâ. Pater cum operas suas Ulrico Wirtembergiæ Duci obtulisset, Beilstenii, Pastoris Officio admotus est, ubi filius literarum fundamenta jecit. Inde ulteriorum profectuum causâ, sub Sebastiano Coccio Præceptore Halæ Suevorum Scholam frequentavit. Deinceps verò à Patre Argentoraturn missus in famulitio D. Ludovici Rabi adolevit. An. 1552. in Wirtembergiam cum Samuele Heilando redux, Stipendiariis Ducalibus insertus quadriennii spatio utramque lauream promeritus. An. 1556. Ministerii primitias in Ecclesiâ Tubingensi, ut Diaconus, eâ cum dexteritate per biennium administravit, ut altero jam anno Tubingensis Dioceseos Inspectio illi fuerit commissa. An. 1558. autem Herrenbergam ad Ephoriam Specialem promotus, 22. Annos non illam solum, sed & Dornstetensem Ecclesiam cum Vicinis pastoralis cura fideliter rexit. Tandem Cœnobio Lorchensi & Alumnis Anno 1580. præfectus Quadrumvir Ecclesiæ

fiæ Wirtembergicæ Generalis, & Adfessor in Senatu
tùm Synodali, tùm Provinciali declaratus, splendi-
dam stationem 25. annos ornavit. Cum uxore
Catharinâ, Calparis Græteri, Ecclesiastis Aulici fi-
liâ 13. liberos genuit; Inque illis Josaphatum Cam-
pidonensis Ecclesiæ, & Abelem Romelshusianæ Mi-
nistrum præmature defunctos vidit, septem verò
alios reliquit superstites. Theologus erat disertus
& gravis; cujus Concioni, juxta Encomium Paren-
tatorum; verborum & rerum pondere prægnanti
Enthea vis inerat, cordaque dura movens. Ofor-
vitorum; scelerumque æcerrimus hostis. Exem-
plar gregis & sobrietatis amans. (a). Calamum strin-
xit adversus J. Kimedoncium, Professore Heidelbergensem Calvinianum. Plenus dierum coelesti
Nectare frui cepit d. 27. Februarii An. 1606. Her-
renbergæ mortuus & d. 2. Martii sepultus, cui justa
funebria solvit Christophorus Stæhlin, Theol. D.
& Superintendens Herimontanus. Concione ex
II. Regum XIII. vers. 14. habitâ. Epitaphium
scripsit Johannes Weidnerus, Ecclesiastes Hal-
lensis:

Conditur hoc Christi devotus cespitè Mystes,
Qui stabili sparfit dogmata sancta fide.
Quodque alios docuit, fecit, laus summa docentis,
Hinc Superis charus Terrigenisque fuit.
Salve sancte senex, duros perpesse labores,
Nunc facie frueris Colloquioque Dei.
O Te felicem Te terque quaterque beatum
Quem cumulant Vitæ gaudia perpetuæ.

I 2

Distichon

(a) Vid. Carm, Conc, Fun. suffixum.

Distichon Numerale

Continens Annum, Mensem & diem
Obitus.

*FEBRUUS en ! LVces ter sparsit ab aXe noVenas
EXCeLsi WeInIn sCanDIt ad astra PoLi.*

Abel Vinarius

ἀβὰρ γ.

Ubi Elisa? Urna.

*Dicite nunc ubi Elisa latet, latet ille sub URNA
Tempora Mathusaleh vivere dignuserat, &c.*

Joh. VVendel Bauhovius.

Ex Conc. citatā.

Scripta.

*EXamen Synopsi Thesium Jacobi Kimedonci de Re-
demptione & Prædestinatione adversus Samuelem
Huberum instituta. Tübingæ. 1599. in 8.*

*Eine Predigt vom grossen Abendmahl / Tü-
bingen bey Gruppenbachen. 1589. in 4.*

Nat. 1530. Clar. 1571. Obiit 1606. JOHANNES ESTHOFERUS, Ba-
varus, natus erat Anno 1531. Post
Scholas Triviales in stipendium Ducale
receptus, & exinde ad Ministerium promo-
tus, ab initio Diaconum in Oppido Bottwariensi per-
vetusto Anno 1552. egit. Unde porro exacto ali-
quot Annorum spatio 1562. Calvam ad Pastoris
Oppi-

Oppidani & Vicinarum Superintendentis Munus
 evelus, spartam illam per 40. annos egregie ornavit,
 donec Anno 1600 Monasterii Alpirspacensis, quod
 Alumnos eo tempore fovebat, Abbas constitueretur,
 ubi permansit usque ad mortem. Generum
 habuit Virum Doctissimum, D. Pappium Scholæ
 Græcensis in Stiria circa annum 1593. Rectorem;
 vid. Fecht. Epist. Theol. p. 732. Joachimum vero
 Schulinum Antistitem, Ecclesiæ Cathedralis Stutt-
 gardianæ ex filia nepotem. Vir, ex Erhardi Cellii
 Professoris Tubingensis testimonio, (a) eximius,
 pietate, gravitate, doctrina, facundia, humanitate
 & omni Virtute Theologo dignâ præcellens. Ani-
 mam Deo reddidit Anno 1606. d. 21. Septembr.
 ætat. 75. Ministerii 54. (b)

Scripta.

Seichpredigt über dem Tod/ Hr. Johannis Par-
 simonii, Abbatis Hirsaviensis. auß Apocal. II. 10.

Sey getreu/ 2t. Tubinga, 1589. 4.

Seichpredigt bey der Begräbnis Antonii Ba-
 renbüblers Abts zu Hirschau / auß Sap. 3.

Der Gerechten Seelen seynd -- im Friede /
 Tübingen/ 1591. 4.

Seichpredigt bey der Begräbnis Joh. Bren-
 gen/ Abts zu Hirschau/ auß Es. 56. v. 13. Tü-
 bingen/ 1598. 4.

PHILIPPUS HEERBRANDUS, S. Cl. 1565.
 Theologiæ Doctor & Antistes Ha- Ob. 1575.

I 3

geno-

(a) Or. fun. Joh. Brenzio Juniori habita, p. m. 67.

(b) Aug. Brunni Synopt. Libr. p. 71.

genovensis, Jacobi Heerbrandi, Cancellarii Tubingen-
 gen- sis, frater Germanus, natu minor. Antiquum
 verò literis- que clarum genus fuisse Heerbrandorum
 vel Joannis Trithemii, non malè notæ Historici te-
 stimonio constat, qui hæc alicubi: Michaël Heer-
 brand de Düren, Ordinis sanctæ Mariæ semper Vir-
 ginis de monte Carmeli, fuit. Erat autem Vir do-
 ctissimus atque singulari eloquentiâ præditus, adeo
 ut non solum in viciniâ, sed etiam ad remotiora lo-
 ca & cathedrales Ecclesias evocatus, admiratione
 maximâ concionaretur. Postea factus est Prior
 Conventus Crudenacensis in Diocesi Moguntinâ,
 præterea sacra Theologiæ Lector, quæ officia ma-
 gnâ diligentia optimè peregit. Itaque apud Joan-
 nem Comitem Spanheimensem ultimum, erat in
 magnâ Authoritate, ita ut ob familiarem cum eo
 conversationem multa bona suo conventui impetrâ-
 rit. Scripsit is Collationes Synodales atque sermo-
 nes de tempore & sanctis, cum aliis. Floruit annum
 circa millesimum quadringentesimum duodeci-
 mum. Hactenus ille. Est autem Dura præcipuum
 agri Juliacensis Oppidum, Colonien- si Provinciæ vi-
 cinum, olim Imperii; fortuna Domini sui quon-
 dam infelici & ipsum infelix. Ex hoc oppido ma-
 jores Heerbrandi migrârunt & Gengæ in Noricis
 sedem fixerunt. Ibi quippe vixit avus Jacobi &
 Philippi Petrus, eorumque Pater Andreas civium
 numero ad scriptus. Fuit iste Vir ingenio præstans,
 qui & ipse literas & Latinam linguam didicerat. A-
 rithmeticam exactissimè, ut & Musicam, utram-
 que vocalem & Instrumentalem calluit, cui plus
 æquo temporis se tribuisse sapius est conquestus, ad-
 eò,

eò
 dol
 tell
 ber
 fec
 non
 qui
 con
 vus
 qu
 lius
 du
 nu
 Scr
 ut p
 spu
 gra
 lici
 der
 lun
 De
 n 8
 Th
 tio
 fen
 fec
 Gi
 D.
 vo
 qui

edò, ut animum suum illis à studiis alienatum cum dolore postea magno sed nimis serò sit confessus. Intellexit tùm demùm studiosis adolescentibus esse debere Musicam animorum post labores ingenuam refectionem *πρόεργον*, non autem *ἔργον*, *ἡδυσμα*, non *ἔδεσμα*. Deservit itaque hæc studia, cum quidem tantum in eis profecisset, ut sacros Ordines consequi potuisset eam artem amplexus, quam Divus Paulus exercuit; ob pietatis vero studium vitæque integritatem facillè uxorem nactus est familiæ illius loci, Barbaram Martini, quam Anno 1520. duxit (a) cumque illà Jacobum & Philippum genuit. Quemadmodum verè ipse Andreas Biblia Scriptis Lutheri in utrâque Linguâ tam diligenter legi, ut pleraque memoriter teneret, & cum Sacrificulis disputare posset; Ita amore Veritatis Evangelicæ flagrans utrumque filium Theologiæ studio sacravit felicissimo cum secessu. Jacobus quippe ingens Academiae Tubingensis totiusque Ecclesiæ Lutheranae lumen evasit. Philippus verò non minùs utilem Deo Ministrum præbuit literis in Gymnasio Ulmenfi & Academia Tubingensi edò usque excultus, ut Theologiæ Doctoris titulum impetraverit, & ab initio Muneris Ecclesiastici Pastoratui in Oppido Laufsen, ad Nicerum prope Heilbronnâ sito, fuerit præfectus. Cum verò Anno Chr. 1565. Imperialis Civitas Hagena Evangelii doctrinam suscepisset, D. Jacobus Andreae ad instituendam Ecclesiam edò vocatus mense Novembri, d. 30. mensis ejusdem, qui Apostolo D. Andreae sacer est, primam habuit

I 4

Con-

(a) Erhard. Cellius in oratione Jac. Heerbrando habita, It, Melch. Adami Vita Theol. p. m. 317, edit. 1606.

Concionem; mansitque mensē ibidem & demum
 Januarii sequentis anni die octava, recessit. Plu-
 rimas ibi de præcipuis Religionis Christianæ Capi-
 tibus Conciones dedit, quas postmodum impressas
 evulgari curavit. Commendavit autem tum Ec-
 clesiæ recens plantatæ Pastorem primum Philippum
 Heerbrandum (b) cujus curriculum breve quidem
 fuit, sed Auditoribus perutile, unde illius Zelum,
 pietatem & eruditionem impensè collaudavit Sena-
 tus in literis ad Serenissimum Principem Ludovicum
 missis. Ipse quidem exacto ibi triennio in Wir-
 tembergiam remeare constituerat, propter aëris mol-
 lioris impatientiam & corporis ægritudinem. Vi-
 ctus tamen Hagenovienſium precibus adhuc octen-
 nium ferè ibi permansit, sed cum dispendio sanita-
 tis & vitæ. (d) Cum enim decennium integrum suo
 munere fideliter functus esset, in statione suâ piè &
 placidè in Domino obdormivit d. 4 Februarii An-
 Chr. 1575. (c) Viduam & Orphanos ejus sex ho-
 nestè dotatos Tubingam usque suis sumtibus dedu-
 ci curarunt Hagenovienſes, aliumque Verbi Mini-
 strum ab illustrissimo Principe Wirtembergico pe-
 tierunt, nempe Georgium Volmarum; Atque ita
 Pastores, Diaconos, Præceptores & Collaborato-
 res è Ducatu Wirtembergico habuit illa Civitas,
 quamdiu Evangelica doctrina ibi prævaluit. (d)

SA-

(b) Fam. Andreas. Reflor, p. m. 350 seqq. Melch. Adam,
 p. 307.

(c) Conf. Bruunius p. 126.

(d) Alia Hagenovienſia manu scripta Bibl. Duc. Conſſ.

magni Argentoratensium Theologi J. C. Dannhaueri Avum eum fecit. (e) Secundis votis duxerat Adelheidam Grammerinam, Abbatis Bebenhusani Sororem, antea Molitoris Reisthensis uxorem, quæ privignum illi attulit Johannem Reichardum, Baronum Limpurgiorum in Sulzbach & Oberroth Ecclesiastem Aulicum. (f) Ipse Brunnus erat Vir doctus, multæ Lectionis & Historiæ tam profanæ quam Sacræ & literariæ callentissimus, qui Libellulo suo Synoptico multos Superioris Seculi XVI. Viros, è Wirtembergicis à morte literariâ vindicavit. Annales Polychronicos jam Anno 1592. multo labore & ordine concinno adornaverat ab Oswaldo Gabelcovero laudatos. Unde Wolfio celebris Historiographus vocatur. Cujus libellus Mscrtus de illustrium Theologorum Vitis in Bibliothecâ Universitatis Argentoratensis asservatur memorante J. Schallero. (g) Fatis concessit optimus senex Anno 1618. ætatis 80. Ministerii 56. Singularem studiorum fautorem habuit Wilhelmum Bidembachium Antistitem Stuttgardianum; cujus Epistolam ad A. Brunnium possidemus; & vicissim A. Brunnii ad Lucam Obandrum, ex quâ nonnulla vitam ejus concernentia didicimus.

Scripta Brunni.

*Questiones Fidei Christianæ, sive Catechismus Bre-
titanus Gracè versus. Tübingæ, 1562. 8.*

Triados

(e) Dannhauer. Conc. Fun. p. 17.

(f) Lib. Syn. p. 84.

(gr.) Progr. Funibr. Dannb. l. cit. p. 34.

Triados Electoralis Politicæ Libri II. Francofurti , 1601. 8.

Libellus Synopticus , in quo Romani Imperii Episcoporum, Regum , Principum &c. successiones recensentur, Tübingæ, 1608. in 8.

Libellulus Synopticus Theologicus compendiosus, in quo recensentur præcipuè Sacræ Theologiæ Doctores & Ecclesiæ Ministri, qui ab Anno 1500. usque 1615. in Germaniâ vixerunt, ac juxta Aug. Conf. normam & formulam Concordiæ, Evangelium Domini nostri Jesu Christi purè docuerunt , multisque editis pijs scriptis ac libris fuerunt celebratissimi, Tübing. Typis Theod. Werlini, A. 1615. in 8.

Annales Poly Chronici.

Germanica.

2 Wöiff Predigten über die XII. Articul des Christlichen Glaubens zu frölicher Glückwünschung den frommen Meißnern / wegen Außstäuberung des Calvinismi, Franckfurt / in 8.

Trost-Büchlein wieder alle leibliche und geistliche Noth / Creuz und Unsechtung / Tübingen / 1598. in 8.

Eine Predigt über das Wörtlein Amen / 1583. in 4.

Zwen Reichpredigten auß dem Catechismo über Ulrich Luzen und Johann Hülern / Tübingen / 1583. in 4.

Zwen Predigten von der geistl. Hochzeit / Matt. XXII. Tübingen / 1587. in 4.

Eine

Eine Leichpredigt über Georg Schülern / auß
Johannis VIII. v. 51. von der seligen Sterb-
Kunst/ Tübingen/ 1598. in 4.

Eine Predigt auß dem Catechismo genommen
in Pestilenz- Zeiten/ A. 1593. in 4.

Drey Wenhenacht- Predigten allezeit zu be-
trachten/ Tübingen/ 1604. in 4.

Eine Predigt über die Worte des Gesangs:
Ein König über alle König groß/ 1609. in 8.

Nat. 1539.

Clar. 1575.

Obiit 1612.

ANDREAS GRAMMERUS, Ab-
bas Bebenhusanus, & Generalis Super-
Intendens, Principis Consiliarius & Se-
natus Provincialis Adfessor, Bondorffæ(a)
Nagoltenfis Præfecturæ Vicò genitus Anno 1539.
Parentibus, ut exillimo, rusticis. Ministerio ex
Ducali stipendio, ubi literarum & Theologiæ Sin-
cerioris fundamenta didicerat, adhibitus, primò Dia-
conum Bottwariensem ab An. 1561. per sexennium,
deinde Parochum Wilæ ad Nicrum per unum an-
num egit. Quo elapso post Laurentium Frisæum
Ecclesiæ Brackenheimensis Antistes declaratus; de-
cennio ibi confecto A. C. 1580. Mathæo Vogelio
in Ephoriâ Göppingensi successit. Anno 1597.
verò Denckendorffensis Monasterii Præposituram
tandemque An. 1611. Bebenhusani Abbatiam cum
Quadrum- Viratu Ecclesiastico & Sessione in Con-
silio Provinciali consecutus est. Generum habuit
Doctissimum Michaëlem Schafferum, Ecclesiastem
Aulicum. Eximiis ad obeunda officia dotibus or-
natus

(a) Brunn, in lib. Synopt. p. m. 21.

natus, variis etiam extra Patriam vocationibus honestissimis expetitus est. Insignis contra vitia Zelotes & filius Tonitruum. Exemplar Vitæ & pietatis Christianæ. Ad Cœlestia translatus est tactu apoplexiæ cum sederet in sellâ post prandium d. 5. Maji, Anno 1612. ætatis 73. (b) Ministerii 52. Concione Funebris ex Matth. IV. v. 18. 22. & Parentatione solenni laudatus ab Andrea Osiandro, Cancellario Tubingensi.

Epitaphium in Templo Bebenhusano ad dextram Altaris Majoris extans.

ANNO MDXII. V. Maji, Reverendus, Doctissimus, ac Clarissimus VIR D. Andreas Grammer, Monasterii hujus Præsul Dignissimus, & Illustriss. Ducis Wirtembergici Consiliarius prudentissimus, piè in Christo diem obiit cum annos 73. attigisset, quem nunc pietas & PATRIA cum liberis dulcissimis lugent tristissimè.

Cognati Optimi Epitaphium hoc superstes ante annos XXVI. in turbis Bellicis Tubingam translatum, ibidemque in ædibus privatis miserè

M ad

(b) Conc. Funebr. plur. p. 12, 13.

afflictum debitæ in defunctum
pietatis contestandæ ergo hic de-
nuo erigi curavit

M. Johannes Jacobus

Grammerus, Illustr. Colleg.

Præceptor. hujusque Ecclesiæ Mini-
ster Calend. Octobr. An. M. DC. LX.

Scripta.

Leichpredigt über dem Tod Herzog Ludwigs
zu Württemberg/ auß *Esaie XLIX. 23.* Tübin-
gen/ 1593. in 4.

Leichpredigt über Hr. Christoph Binder/ Abbt-
ten zu Adelberg/ auß *Dan. XII. 48.* Tübingen/
1596. in 4.

Leichpredigt über Fr. Dorotheam von Lieben-
stein/ Tübingen/ 1598. in 4.

Leichpredigt über Hr. Felix Bidembach / Abbt-
ten zu Maulbronn / auß *Rom. XIV. 7. 8.*
Frankfurt/ 1612. in 4.

N. 1539.
Cl. 1575.
Ob. 1595.
JOHANNES BRENTIUS, Junior,
Magni illius Theologi, ex Margare-
tha Græteriana Filius, Tubingæ conce-
ptus, sed Halæ Suevorum in lucem editus
Anno 1539. d. 6. Augusti. Jactis literarum Halæ,
Uraci & Tubingæ, fundamentis anno ætatis 13. in
album studioforum relatus. Anno 1555. primam
Lauream, Decano Johanne Mendlino, qui ex Mo-
nacho

nacho Collegii Bebenhusani, Logices Professor in Academia Tubingensi factus fuerat, & 1557. Secundam cum primatu inter Competitores obtinuit. An. 1562. ætatis 23. rarissimo planè exemplo Doctoris Theologi decus & Professionem Theologiæ Extraordinariam unâ cum Superintendentia Illustris Stipendii adeptus. Concionandi tamen officio per multos annos immunis. Quod cum in contemptum vergere cœpisset, concionandi munus, antea quoque à se exercitatum resumfit, habitâ in Arce Tubingensi coram Serenissimo Principe, Ludovico Pio, concione primâ, subito quidem & præter omnem iussus expectationem. Cui cum summopere placuisset, ordinariis deinde Sermonibus defunctus est. Mortuo Jacobo Andrea & Heerbrando in ejus stationem evecto consentientibus suffragiis Ordinarius Professor, qui Prophetas exponeret, electus, & in Senatorium Ordinem cooptatus Anno 1590. Sed mox eodem Anno ad Abbatiam Hirsaviensem cum annexâ Senatoris Provincialis Dignitate traductus fuit. Matrimonium contraxit cum Barbara, Hippolyti Rœschii, Ecclesiastici Senatus Directoris & trium successivè Principum Wirtembergicorum Consilarii, Filia, 1563. d. 4. Maji, ex qua geminos suscepit Filios, Johannem Hippolytum post aliquot honorum gradus Stuttgartiæ obtentos, Ecclesiæ Cathedralis Onolzbacensis Antistitem, & Christophorum J. V. D. & Consistorii Sacri Advocatum. Filias quinque superstites reliquit, quarum natu secunda, Barbara, nomine, Felicem Bidembachium, Concionatorem Aulicum, Generum ei fecit. Theologus erat mirè laboriosus & ad omnes officii sui

partes excitatissimus, qui ex octo Tomis Paternorum Operum non tantum primum & principale, sed & quinque ultimos præfationibus doctissimis ornatos, & annotatiunculis marginalibus illustratos, haud exiguo labore in lucem emisit, additurus adhuc duos ex Operibus Patris, imò etiam proprias Commentationes & Labores Sacros, nisi Fato fuisset præventus. Vir de cætero candidus & hospitalis. Privilegiorum Cœnobii sui Conservator Strenuus, qui Joachimum Rosalegium Oppidi Imperialis Wilensis Parochum, (in quem Abbates Hirsaviani Jus Patronatus exercent,) abnuentibus licet ab initio Wilensibus, ut se sisteret examini, & confirmationem peteret, autoritate suâ Anno 1594. graviter adegit. Cæterum quod de illo & Patre vulgò circumfertur, ac si titulum Doctoris adeptus esset in gratiam Patris, illique locum honoratiorem in processu publico disputasset, gradum Doctoris Patri non collatum, prætendens. Cui Pater datâ de Asino Molitorem antecedere solito comparatione falsè responderit; Nos calumniam Adversariorum ejus reputamus potius, quàm veram Historiam. Confer interim J.D. Ernsts Consect-Œffel P.1.p.631. Singularem Amicitiam coluit cum Wilhelmo Bidembachio, Antiste Stuttgardiano, cum Paulo Constantino Phrygione, Juniore, & Oswaldo Gabelcovero, Archiatri Wirtembergicis Studiorumque suorum fodalibus. In Pueritia idem prorsus cum Patre periculum abductionis subiverat, sed & eandem Dei providentiam expertus. Cum enim Brentius Senior, Legati Cæsarei manus effugisset, Hispanus alio modo consilium suum exequi conatus, filiolum ejus

tum

tum
nite
qui
equ
ann
den
por
pau
Sen
ter
no
De
lig
cio
den
pro
An
rat
P.

C
Re

tum temporis unicum abducere viribus omnibus annitebatur. Verum detectâ Dei beneficio fraude, quidam Agnatorum Brentii, Joachimus, puerum in equo sibi præpositum, clam abduxit, & amplius anno sic occultatum habuit, ut ne Parentibus quidem, ubi locorum lateret filiulus, constiterit. Corpore erat spectabili, sat magno firmo & robusto, paucisque in vita morbis obnoxio, ut ad grandævam Senectutem ascensurus videretur. Sed tamen præter opinionem apoplexiâ tactus, terrenis valedixit Anno 1595. die 4. Februarii ætatis 56. Ministerii 33. Defunctum etiam Wilenses, tametsi Pontificiæ Religionis, luxerunt missis ad funus ejus Legatis. Concionem exequialem dixit Joh. Elthofer, Superintendens Calvensis ex Esaïæ 56. vers. 13. Tubingæ verò proluxa Oratione parentavit Erhardus Cellius edit, Anno 1597. 4. Typis Auctoris. quam vide. confectatur etiam D. Fechtius Supplem. Hist. p. m. 143. P. Freherus Theatr. Ill. Viror. p. m. 298.

*JOANNES BRENTIUS**per ἀναγνώμια**Georg. Theodor. Hoffmanni.**EN! IS IN ARTE BONUS,**EN! TU BONA INSERIS.**Scripta.**Commentarius in Epistolam ad Hebræos, Tubingæ, anno 1571. in 4.**Responsio ad Calumnias Sacramentariorum, quibus Joh. Brentii, Patris, autoritate & scriptis errorum**M 3**rem*

rem suum de Cœna Domini tueri & propagare conantur, *Tub. 1582. 4.*

Predigt von der Tafel Gottes/ oder vom grossen Abendmahl/ Lützingen/ 1584. in 4.

Nat. 1540.

Cl. 1577.

Ob. 1600.

WILHELMUS ZIMMERMAN-
NUS, S. Theol. D. & Super-
intendens Græcensis in Styria natus, Neo-
stadii ad Tiliam circa an. 1540. In Scholis
trivialibus, claustralibus & stipendio Ducali eos fecit
profectus, ut An. ætat. 16. secundam lauream cape-
feret. (a) In Ministerium promotus Diaconia Stuttgar-
dianæ A. 1564. adhibetur, ex qua 1569. Wimpinam,
Oppidum Imperiale, Serenissimi indultu dimissus,
Theologiæ Doctoris titulo ornatur. Isthinc An-
no 1578. Heidelbergam in locum D. Stolzii à Lu-
dovico V. qui Ecclesias à Calvinismo reformarat, ad
Concionatoris Aulici & Adessoris in Consistorio
Electoralis Officium vocatus (b) An. 1583. cum Ti-
motheo Kircherò, ad Colloquium Quedlinburgense
Palatinos inter & Brunsvicensés Theologos publicâ
Principum Autoritate habitum, ablegatus; (c) sed
mox eodem anno, Johanne Casimiro, Administra-
tionem arripiente, Theologosque Augustanæ Con-
fessionis ejiciente, ab officio remotus in Patriam re-
diit, ubi Superintendens & Pastor in Oppido Vai-
hingensi declaratus est. An. 1586. à Primoribus Sti-
riæ, Græcium ad Ecclesiæ & Scholarum Inspectio-
nem accersitus; imò, prout ipse scribit (d) divinitus
non modò vocatus, sed etiam cum reluctaretur, vi
quâ-

(a) *Frischlin. Eleg. Libr. X. Eleg. 2.*

(b) *A. Brunnius p. 145.*

(c) *Acta Coll. q. Quedlinburg.*

(d) *Fecht. Epist. Theol. p. 689.*

quâdam protractus est ; ibique sub multis falforum fratrum aliorumque Adversariorum insultibus usque ad finem vitæ Evangelium purè docuit. Habuit enim ex fratribus quosdam adversarios , quibus durum videbatur , eum ipsis præfectum esse. Verùm Domini beneficio , omnibus suis machinationibus , quas ipsi struxerunt , nil aliud nisi suorummet ipsorum confusionem obtinuerunt. Ipse verò replâ indies vidit & expertus est , operam suam , Domino cooperante , quam Ecclesiæ & Scholæ præstitit , non planè inanem fuisse. Conjugem duxit Waldburgam Böckin , Giengensem , Georgii Hizleri , Professoris Tubingensis Consanguineam. (e) Generum ex filiarum unâ M. Davidem Forstmannum , Virum doctissimum & optimum , Ecclesiæ Gracensis Ministrum. (f) Ipse Zimmermannus elogium Viri optimi & doctissimi à Theologis celeberrimis , Jac. Heerbrando & Simone Sulzero tulit ; (g) cujus pietatis studium , veritatis amorem , laborum patientiam , eximiam eruditionem , fidelitatem singularem , docendî dicendique facultatem & dexteritatem Heidelbergæ abunde sibi perspectam fuisse , testatur Philippus Marbachius. Eamque Gracensibus gratam & jucundam & Ecclesiæ ac Gymnasio illorum emolumento & ornamento fuisse judicavit. (h) Pro quo benigno Judicio quàm modestissimè gratias egit Zimmermannus ; qui ab eruditione & Zelo passim laudatur. (i) A falsis fratribus , Davis irrequietis ,

M 4

plus

(e) *Erschlin. l. cit.*

(f) *Fecht. l. c. p. 775.*

(g) *Ibid. p. 577.*

(h) *Ibid. in Supplem. p. 150. seq.*

(i) *Gottfrid. Hist. Chron. p. 942.*

plus excruciatum & multò vehementius, quàm ab ipsis nostris juratis hostibus, Jesuitis, ipse conqueritur. (k) Quàm infensi autem isti quoque Viro fuerint vel ex eo patet, quod corpus ejus è sepulcro effossum in aquam præcipitârunt An. 1600. (l) Isto igitur aut præcedente anno vivis ereptum esse oportet.

Scripta Zimmermanni.

Apologie Germanica, quam contra Heidelbergenses scripserit, ipse meminit. ap. Fecht. p. 689.

Historia item Germanica, à Collegis suis D. Philippo Felsinio, M. Dionysio & D. Lauterbachio approbata, ibidem p. 692.

Epistolæ sex ad Marbach. scriptæ extant apud D. Fechtium P. V. & VI. Epistol. Theolog. Durlaci, 1680. in 4.

Nat. 1540. Clar. 1580. Ob. 1612. **P**HILIPPUS GRÆTERUS, Præpositus Herbrechtingensis, & Serenissimi Ducis Wirtembergici Consiliarius, Casparis, Concionatoris Aulici filius, Cantstadii in Wirtembergiâ natus circa annum 40. cum Patre Stuttgardiâ venit, ubi corruptos seculi & Aularum mores, velut ipse loquitur, cominùs inspexit. (a) Literis tum in Pædagogio Stuttgardiano, tum in Academiâ Tubingensi imbutus An. 1559. Her-

(k) Fecht. Epist. p. 692

(l) Thuanus Hist. L. 124. p. 1553. confer. G. Serpili Epitaph. p. 64. Arnold. Hist. Tom. II. Libr. XVI. c. 8. § 11.

(a) Biblisch Hist. P. I. Dedicat.

Herrenbergensis Ecclesiæ Diaconus, & elapso triennio An. 1562. Pastor in Oppido Nagoltensi in Hercyniâ constitutus prope 40. annos isti Ecclesiæ præfuit, (b) donec An. 1601. Monasterii Herbrechtingensis Præposituram à Serenissimo Duce Friderico clementissimè collatam capefferet. Scriptis potissimum An. 1605. inclarescere cepit, editâ Historiarum Biblicarum Enucleatione tribus Tomis comprehensa. Imprimis de B. Luthero & Historiâ Reformationis optimè meritis, quam ex Justi Jonæ, Michaëlis Cœlii, aliorumque relatione prolixè ac diligenter congeffit. (c) Unde inter celebres Wirtembergiæ Theologos merito suo refertur, (d) tametsi hodiè extra patriam majori celebritate gaudeat, quàm intra illam, ubi ejus Historiæ rariùs comparent. Sordent scilicet nobis domestica, cum peregrinis libido nostra pretium fecerit. Sanè, si Josephi Halli, celebris Angli, Opus tripartitum, quod itidem Historias Biblicas exhibet, æstimamus, non minori laude dignus fuerit Græterus, utpote operis inventione prior. Ipse cum duodecim annos infulam gessisset, absoluto in Vineâ Domini integro semisculo, Jubileum in cœlis agere cepit perpetuum, beatâ requie potitus. An. 1612. juxta J. Schopsum. (e) Juxta Brunnium verò 1613. septuagenario major. Superest ex istâ familiâ hodiernum M. J. Græterus, Roswagensium Superintendens, Senex, Epigrammatocles non infelix. Scripta G. Draudius ex parte commemorat,

Scripta.

(b) *Brunnius l. c. p. 104.*

(c) *Dan. Seyfart. Delicias Melicas. Cent. I. p. 595.*

(d) *G. Serpil. Epit. Theol. Sueb. p. 23.*

(e) *Colloquio de Vita aternâ. in Epist. Dedicat.*

Scripta.

Catechismus: Predigten vom Heil. Abend-
mahl/ Tübingen/ 1585. 1598. 4.

Præfatio in Catechismum Majorem Brentii, lb. 1590.
in 8.

Hochzeit: Predigt bey der Hochzeit Herrn Mar-
tini Clessii, Abkten zu Vinhausen / auß Gen. II.
v. 18. Tübingen/ 1602. 4.

Biblisches Histori: Buch / das ist / Summarische
Historie, deß recht alten Catholischen Christl.
Glaubens durch die Biblischen Bücher / als
deß Glaubens einigen wahrhaften Grund/
deducirt / und in Fragstücken geführt / der I.
Theil zu Laugingen/ 1605. 1609. in 4.

Der II. Theil/ Laugingen/ 1606. in 4.

Der III. Theil/ Laugingen/ 1611. in 4.

Gebett: Büchlein / zu guten und bösen Zeiten/
für alle Tag / Wochen und Jahr / und aller-
ley Stands: Leute / darinn die ganze Be-
kannntnuß Christl. Glaubens und Lebens
begriffen / zu Schleusingen gedruckt / 1610.
in 4.

Lutheri Schatz-Kammer von Lutheri Geschich-
ten / Schriften und Abschied umständlich
zusammen gefaßt/ Laugingen/ 1613. 4.

Göldin Hand: Büchlein / mit welchem ein
Christl. Leser durch die ganze Heil. Schrift
täglich geht / und sich in seinem Glauben
faßt / daß Er darbey biß in seinen Tod ver-
harren/ und vor Gottes Richter: Stuhl be-
stehen kan. *Manuscriptum, in 4.*

JOAN-

JO
p
font
Chr
Mon
niste
Diac
Opp
Ann
tem
fess
coro
qua
nuic
cepu
nuic
ejus
triu
rat
An
dom
terr
lent
loq
glo
te,
ros
(qu

JOANNES SCHOPFIUS, Illustrissimi
 Principis Consiliarius & Abbas Blavi-
 fontanus, patriâ Wirtembergicus, Anno
 Chr. 1540. natus. (a) Post Scholarum,
 Monasteriorum & Academiae cursum solennem Mi-
 nisterium intravit An. 1558. Bottwariensis Ecclesiæ
 Diaconus ordinatus, biennio elapso ad Pastorum
 Oppidi Nürtingensis promotus, talem se gessit, ut
 Anno 1578. feriâ Conversionis Pauli Aulae Wir-
 tembergicæ Ecclesiastes & Consistorii Ducalis Ad-
 fessor fuerit electus. Quibus officiis An. 1584.
 coronidem imposuit Abbatia supradicti Monasterii,
 quam cum Inspectione Alumnorum 36 annos te-
 nuit. E conjuge Apolloniâ, Johannis Cocci, Præ-
 ceptoris Ducalis filia, Deibenedictione filios ge-
 nuit patriæ non inglorios, Jacobum, Theologum,
 ejus in Præfulatu Successorem, & Abrahamum,
 trium Wirtembergiæ Ducum, Archiatrum. (b) Er-
 rat Theologus præstantissimus, qui, (sunt Verba
 Andreæ Osiandri, Cancellarii Tubingensis,) (c) sua
 dona ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem dex-
 terrimè utilissimèque collocavit. Cujus rei lucu-
 lentum specimen exhibuit in suo Tractatu seu Col-
 loquio de præsentî hâc calamitosâ & futurâ illâ Vita
 gloriosâ; quos Dialogos styli suavitate & gravita-
 te, rerumque pondere ita concinnatos & compara-
 tos censuit laudatus Theologus, ut eos non calamo
 (quod unum Author pro suâ modestiâ, initio per-
 mittere

(a) Brunnius p. 87.

(b) Sam. Gerlach, in Conc. Fun. Abrahamo hab. pagæ
 14. 15.

(c) In Præf. ad Colloq. J. Schopsii, p. 1. 2.

mittere voluerat) sed typis exscribendos & toti Ecclesie communicandos judicaverit. In Historiâ Ecclesiasticâ non prolatarie versatum fuisse ex Libro, quem Academiam Jesu Christi inscripsit, legentibus patet; unde & à Wilhelmo Caveo inter Scriptores Ecclesiasticos refertur. (d) Satur Vitæ hujus ærumosæ posthabitis omnibus aliis mundanis rebus totum se jam An. 1612. ad expeditionem itineris ultimi accinxit, quod tamen post novennium demum ingressus est morte beatâ d. 11. Januar. An. Chr. 1621. ætatis 81. Ministerii 63. De scriptis confertur G. Draudii Biblioth.

Scripta Latina.

Academia Jesu Christi, Tübingæ, 1593. Spiræ 1616. in 4. Germanicè conversa per G. Draudium, Francofurti, 1625. in 8.

Colloquium de Præsenti hac Calamitosâ & futurâ illâ Vitâ gloriosâ, Tübingæ, 1612. in 8. It. Teutsch: Ein Lehrhafftes und Trostreiches Gespräch / von dem zergänglichhen Leben / und von der Kinder Gottes Glori und Herzlichkeit / Tübingen / 1612. 8. 1615. 12.

Hochzeit. Predigt über Herrn Dieterich von Pleningen / Tübingen / 1583. in 4.

Hochzeit. Predigt über Herrn Michael Kochen / Ambt. Schreibern zu Blaubeuren / auß Ps. XIX. Tübingen / 1585. in 4.

Bericht / wie übel die Lehre der Pharisäischen Jesuiten mit der Lehre Jesu Christi / und aller

(d) Hist. Liter. Prof. p. 21.

aller wahren Christen Bekanntnuß übereins-
stimme/ Tübingen/ 1589. in 4. Est Wilhel-
mi Bidenbachii opus à J. Schoppio in German. tra-
ductum.

Wetter: Glöcklein / das ist / Erinnerung und
Aufmunterung / wie schwere Wetter zu be-
trachten/ Tübingen/ 1603. 1624. in 8. citat.
à Magnif. D. D. Majero in Museo Ministri Eccles.
p. m. 781.

Köstliches Kleinod mit fünff Edelsteinen ver-
seht / in etlichen Predigten auf die fünff ho-
he Feste/ Tübingen/ 1604. in 4.

MELCHIOR HÆGELINUS, Ab-
bas Regiofontanus, Principis Con-
siliarius, & Selectioris in Curiâ Provincia-
li Senatus Adfessor in Thamm, Gröning-
ensis Præfecturæ pago, natus est d. 8. Oct. 1540.
Johannè, & Barbara Dinckleria parentibus piis &
honestis. Prima literarum fundamenta cum po-
suisset in trivio patriæ, Stuttgardiam in Pædagogium
ductus, & ex eo illico in Stipendium Illustre Tubin-
ganum cooptatus, anno ætatis 19. Magisterii gra-
dum assumit. Theologiam deinde adeo feliciter
imbibit, ut anno 1562. ætatis 22. Ecclesiastica fun-
ctione dignus judicaretur. Diaconus igitur Back-
nangæ ordinatus per annum ibi cælebs vixit. Inde
1563. Wilæ propè Tubingam Pastor, & 1567. Os-
ber, Eßlingæ, in locum Soceri sui Johannis Buts-
manni, primi ex Evangelicis ibidem Parochi, con-
stitutus, talem se præstavit, ut An. Chr. 1574. Pastor
& Superintendens Bietigheimensis declaratus fue-
rit;

Nat. 1540.

Cl. 1580.

Ob 1631.

rit; Eâ statione per 29. annos præclare gestâ 1602. mense Octobri ad Abbatiam Regiofontanam, cui tum Dynastia Heidenheimensi Inspectio conjuncta erat, cum sessione & loco tum inter Patres Synodicos, tum in Secretiori Senatu Provinciali, singulari Ducis Friderici gratiâ obtinuit. Matrimonium tertiâ vice contraxit ab initio cum Virgine Magdalena, M. Francisci Irenici, Pastoris Gemmingensis filiâ, Joh. Butsmanni, supra memorati privignâ An. 1563. cum quâ unicum duntaxat filium procreavit. Porro An. 1570. cum Margareta, Johannis Knäpplini, Civis Eßlingensis filiâ, quæ undecimam prolem peperit. Denique An. 1604. cum Brigitta, M. Wilhelmi Möglini, Antecessoris sui in Præfultatu, Viduâ, quâcum 28. annos vixit absque liberis. Vir, qui gravitatem humanitate temperare noverat. In Consiliis providus. Humilis erga quoscunque. Præsertim verò temperantiâ, ad exemplum Chrysostomi, studiosissimus, quippe qui diatæ regulas violare visus est nunquam, (a) cujus rei argumentum certissimum est, quod singulari quodam Exemplo vitæ annos ultra nonaginta firmâ semper valetudine produxit. In explicatione sacri Codicis mirus Artifex erat, Hebraicæ Syriacæque linguæ peritus. (b) Anno 1630 mense Augusto, ab Executoribus mandati Cæsarei de restitutione Monasteriorum in Exilium actus, reliquum vitæ in ædibus filiæ exegit Ober-Eßlingæ, ubi dispositis domus suæ rebus, editæque egregiâ Confessione inter preces & suspiria pro salute patriæ & Ecclesiæ fusa, ipso senii morbo extinctus est,

(a) Conc. Fun. p. 31.

(b) Hornmoldi Od. *ibid* p. 36.

est, 4
Mini
berit
v. 5.
davit
Cæf.

V
Abb
Anno
bus
tatem
mod
gard
recep
Phil
Theo
prin
ding
omn
adm
stor
& 1
perin
præc
dem
obiit
subr
bron
tor S
est.

est, Anno Domini, 1631. d. 13. Martii, ætatis 91.
Minist. propè 70. Solennia funeri solvit Paulus Bi-
bersteinus, Pastor Ober Efsling. ex Psalm. XXXVII.
v. 5. edit. Tub. 1631. 4. Odâ Jambicâ Virum lau-
davit Sebastianus Hornmoldus, Comes Palatinus
Cæs. U. J. D. & Consiliarius Wirtembergicus.

WILHELMUS HOLDERUS, *Nat. 1542.*
Generalis Superintendens & *Cl. 1580.*

Abbas Mulifontanus, Marpaci natus est, *Ob. 1609.*

Anno 1542. Parentibus honestis, à qui-
bus Studio Theologiæ admotus, & ob ingenii boni-
tatem singularem cum Melchiore Hægelino, post-
modum Præfule Regiofontano, ex Pædagogio Stutt-
gardiano illicò in Stipendium Illustre Tubinganum
receptus, non solum Magister Artium & Repetens
Philosophiæ in Stipendio evasit, sed & eam rerum
Theologicarum Scientiam brevi consecutus est, ut in
principio Ministerii A. ætatis 21. Parochiam Deren-
dingensem primùm vicario nomine an. 1563. cum
omnibus Pastoralibus muniis, juribus & privilegiis
administraret, & triennio elapso plenariè 1566. Pa-
stor Derendingensis; anno 1567. verò Lauffensis,
& 1570. Ecclesiæ Stuttgardianæ in Nosocomio Su-
perintendens ordinaretur; Cum verò paulo post Viri
præcipui Joh. Brentius, Præpositus, & Wilhelm. Bi-
dembachius, Antistes Ecclesiæ Cathedralis mortem
obiissent, ipse Anno 1571. in locum Bidembachi
subrogatus; ex quo porro 1595. Abbas Maul-
brönnensis, Superintendens Generalis, atque Asses-
sor Senatûs ordinum Provincialium interioris factus
est. Ad ultimum 1608. rude donatus ob memo-
riæ

riæ defectum, vitam Stuttgartiæ transegit. In matrimonio habuit Christophori Bideri, Abbatis Adelberg, filiam vid. Conc. Bideri Funebr. p. m. 23. Theologus excellenter doctus, qui, ut Epitaphium ejus habet, admirando Ingenii acumine in abstrusissima quæque penetravit, & adversarios scriptis suis semper debellavit ut Victor. Varia enim edidit adversus Calvinianos atque Pontificios scripta, quæ ab eruditis commendantur, è quibus eminet: Mus exenteratus, more & verbis Scholastico-barbaris elegantiori artificio elaboratus, quem B. Scherzero iudice, si vel plumbeus legat Stoicus, se (à risu) non contineat. (a) In eo autem Johannem Pistorium, Niddanum, Apostatam admodum falsè perstrinxit; quemadmodum & in reliquis suis opusculis contra Calvinianos acerbo scribendi genere usus est; quod ipsum Hospiniano bilem movit, ut intemperantius in Holderum invehatur, etiam eruditionis ei gloriam detrahens, eamque in Jacobum Andræ, quem operum Holderianorum autorem absurdè facit, transferens. (b) Sed asperitatem istam Beumleri non minus immoderatus calamus viro, gloriæ divinæ Zelo ardenti, extorsit. Holderus etenim, ut ex scriptis elucet, erat vir acerrimi judicii, & multijugæ lectionis, nec minus in scriptis Patrum, quàm Scholasticorum vastis operibus versatus. Naturæ debitum solvit Anno 1609. d. 24. Julii, ætatis 66. (c) Epitaphium ejus cernitur in Templo Cathedrali Stuttgartiano ex opposito suggestus, lapis verò sepulchra-

(a) *Anti-Bellarm. Disp. XI. de Eucharistia, p. 538.*

(b) *Vid. Fecht, Supplem. H. E. p. m. 146.*

(c) *Brunnii Lib. Synopt. p. 144. Conf. Conc. fun. p. 12.*

pulchralis ante Altare positus. Defuncto parentavit, Joh. Magirus Præpositus ex Hebr. XIII. 7. Anno 1609.

Epitaphium sic se habet :

Hujus erat solitus Templi micuisse Cathedrala

Nunc ubi sunt Tempe cælica , Stella micat.

Wilhelmus Holderus, Marpachi, An. 1542. natus, Theologus eximius & sincerus, vitæ morumque integritate conspicuus, in pervestiganda Orthodoxa Antiquitate assiduus, evolvendisque spinosis Scholasticorum disputationibus exercitatus, Concionator mirâ rerum inventionem, eloquentiâ atque dexteritate præditus, illustriss. Ducum Wirtemb. Consiliarius, de Ecclesia & communi Patria optimè meritus, generalis Superintendens circumspectus, per annos 24. hujus Templi Cathedralis Pastorem magno cum Auditorum fructu egit, Abbatiae Maulbronnensi annos 13. præfuit, Dei adversarios voce & Calamo felix Victor debel-

N

debellavit, & tandem peractis sui Ministerii Ecclesiastici 44. ætatis verò ferè 67. annis ex hac lachrymarum valle, die 24. Julii Anno 1609. piè migravit: anima ipsius in manu Domini lætam corporis in hoc Cubili prope Altare sito quiescentis Resurrectionem expectans.

Tertullianus.

Satis Patientiæ sequester est Deus;
si dolorem ad eum deposueris, medicus: si mortem, Resuscitator est,

Scripta.

Admonitio de libello Bezae adversus Pappum scripto, 1580. 4.

Candor Calvinianus, i. e. de eximia pietate, fide, doctrina & modestia Theod. Bezae admonitio altera, Ibid. 1582. 4.

Cuculus Calvinisticus, sive de gratitudine & modestia Calviniana adversus blasphemiam Joh. Jac. Grynei Apologiam commonesactio, Tub. 1585. 4.

Labyrinthi Sacramentarii Prodrumus contra Marcum Beumlerum, 1586. 4.

Asinus Avis, i. e. Metamorphosis nova, qua novitius Sacramentarius Marcus Beumlerus, dum temerè in avem Falconem transire voluit, ridiculo errore in asinum commutatus est, 1587. 4.

Respon-

Respo
sc
Epist
ne
Mus
Pe
16
Petit
Ber
Tu
Ber
ne
ge
be
K
Ber
i
Con.
1
Ber
ne
d
Ant
ti
Ant
sa
L
15

Fu

Responsio ad Hieronymi Zanchii convitia, quibus discessum ex hoc mundo meditatur, Tub. 1587. 4.

Epistola Terentiana ad Lambertum Daneum sub nomine ficto Hectoris Abusigeri, Tub. 1587. 4.

Mus exenteratus, seu Tractatus de Transsubstantiatione Pontificiorum, Tubingæ, Anno 1593. 4. S denuò 1671. 8.

Petitorium Exhortatorium, - - Ibid. 1594. 4.

Bericht an Peter Muchits Probst zu Pellan, Tubingæ, 1581. 4.

Bericht / welcher massen Pabst Sixtus V. die neue Augspurgische Brüderschaft des heiligen Berges Andex mit Gnad und Ablass beschencket / und was von solchem Ablass-Kram zu halten / Tübingen / 1588. 4.

Bericht von dem Buch des Probsts zu Pellan, 1589. 4.

Con. Fun. über Agatham Jägerin / Tübingen / 1685.

Bericht von zweyen Papistischen Heiligen / nemlich de merito Sanct. Congrui und Sanct. Con-digni, Tubing. 1590. in 4.

Antwort auf die zierliche Schrift und Protestation D. Marxen zum Lamm / 1593. 4.

Antwort auf die förmliche Protestation des schwerermenden Sacramentirischen Juristen zu Heydelberg / Marxen zum Lamm / ibid. An. 1593. 4.

Manuscriptum.

Judicium, Jurene an verò prorsus temerè & præter omnem suam culpam accusentur Romanenses, N 2 quod

quòd & docuerint publicè & scripserint, Christum suâ
passione & morte pro Originali quidem peccato sa-
tisfecisse, delicta verò quotidiana sive actualia pec-
cata aliis remediis, utpote sacrificio Missæ ad hoc pec-
culiariter instituto, & aliis misericordiæ operibus à
nobis expianda.

Nat. 1543.
Cl. 1580.
Ob. 1612.

CHRISTOPHORUS HEERMAN-
NUS, S. Theologiæ Doctor &
Antistes Eßlingensis, Kircho - Tecciz in
Ducatu Wirtembergico in lucem prodiiit,
ipsis Festi Natalitii Vigiliis An. 1543. Patre Marti-
no, Mercatore, Matre Barbarâ Ebingeriâ A qui-
bus in tenerimâ ætate, An. 1547. metu Hispano-
rum, qui Kirchemium non solum, sed & universam
Wirtembergiam præsidio militari tenebant, ne fortè
(uticum J. Magiro facere voluisse credebantur,) ab
iis interciperetur, Eßlingam ad consanguineos mis-
sus, Scholam frequentare cepit. Hispanis verò Wir-
tembergiam relinquentibus, domum revocatus lire-
ras ibi tanta industriâ excoluit, ut An. ætatis 14. Tu-
bingam in Academiam & numerum Studiosorum
recipi potuerit, ubi in conviclu & disciplinâ, Mat-
thiæ Garbicii, Illyrici, Græcæ Linguz Professoris,
pietate, indefesso studio, morum probitate, lingua-
rum denique & Artium cognitione talem se præsti-
tit, ut Philosophicis honoribus An. 1558. & 1560.
tertio inter Candidatos loco condecoratus, mox An-
no 1561. Alumnorum Ducalium in Cœnobio Hir-
saugiensi Præceptorem agere juberetur; Post ses-
quiennium autem Theodorici Snepffii D. consilio &
ope Diaconatui Tubingensi suffectus, officii partes,
pestis

pesti-
tis te-
natu-
no i-
ut P-
Sept-
finge-
fueri-
156-
Eaq-
prog-
exce-
spicu-
leba-
appr-
nusc-
testa-
The-
(b)
pus
quæ
redd-
lesce-
plex
gest-
fians
mat-
ptis
a G-

peftis præfertim An. 1566. Tubingam depopulantis tempore, præclare obiit. Infequente anno à Senatu Eßlingensi ad istius Ecclesiæ Inſpectionem Anno 1567. vocatus, Theologiam usque adeò excoluit, ut Promotore Theod. Snepſio D. An. 1572. d. 14. Septembris, Competitore Georgio Sengero, ex Jesingensi Ecclesiâ Ulmam accersito mitrâ Doctorali fuerit redimitus. (a) Uxorem primam jam Anno 1563. duxerat Elisabetham Mülleriam, Calventem. Eaque defuncta secundam, cum quibus diversos progeniuit liberos. Theologus erat acri judicio, & eccellente memoriâ, variis donis & virtutibus conspicuus, qui ornatè & cum *divdus* verba facere solebat. In lectione Patrum, Historiâ & Jure Civili apprimè versatum fuisse Parentator affirmat, & Manuscripta in Ducali Bibliothecâ etiamnum residua testantur. Meminit ejus inter celebres Sec. XVI. Theologos, licet paucissimis, Dominus D. Fechtius. (b) Reliqua Encomia continent Epitaphium & cippus, illud intra, hic extra Basilicam Eßlingensem, quæ est ad S. Dionysium, extans. Spiritum Deo reddidit repetinâ morte, ex morbo semestri convalescere visus, sed mox ipso festo Pentecostes apoplexiæ subito impetu solutus, concionem quàm è suggestu recitaturus memoriæ mandabat, manu versans. An. Chr. 1612. ætatis 69. Ministerii, si informationem claustralem addideris penè 50. (c) Scriptis inclarescere cepit circa Annum 1586. seqq. quæ à G. Draudio recensentur, & à Cl. Wittenio in Diar.

N 3

Diogr.

(a) G. Thummi Chron. Manuscriptum.

(b) Supplem. Hist. Eccl. p. 142.

(c) Vid. Con. Fun. & Aug. Brunn, p. 33.

Biogr. ad An. 1612. Iusta funeralia explicatione
Textus Daniel. XII. v. ult. exsolvit Thomas Wide-
mannus, Diaconus Eslingensis.

Joh. Aug. Assum
Decastichon Pronomasticon

Piis Manibus

Christophori Heermanni,
Imperialis Urbis plures per annos Docto-
ris Ecclesiastici Primarii; marmoris lo-
co erectum.

Inspicis hoc, Lector Conspicte, notabile marmor?

Inspice & Inspectas suspice deinde notas.

Hic jacet Eslingæ Præco celeberrimus Urbis

Christophori verè nomen & omen habens.

Gestator talis! qui dum gestavit: ab illo

Quem tum gestavit, gestus & ipse fuit.

Nam simul ac gessit Christum tot fortiter Annos

Is quoque Gestator, dum gereretur, erat.

Nunc dum Gestator jacet hic, jacuisse videtur,

Nam Christi Gestus non minus extat ope.

Epitaphium.

CHRISTO REDEMPTORI SACRVM.

CHRISTOPHORUS HEERMAN-
NUS, Teccio Kirchemius, Do-
ctor

stor Theologus ; Vir cum omni literaturâ liberali liberaliter instructus ; tum Sacrarum literarum Scientiâ Ævi sui inter primos Ministerii Ecclesiastici primum Tubingæ biennium, dein Eßlingæ annos plus XLV. summâ fide & sedulitate functus officio Pastoris boni, constantis & religiosi, personam Animumque in linguâ gerens, non tam quî vulgo placeret quam quî muneris sibi commissi rationes Deo, Conscientiæ & cordatis Hominibus probaret, sollicitus, exantlatis vitæ humanæ Vicissitudinibus, & adversis rerum immersabilis undis ad extremum stans quasi in acie & arma divina Concionem, quam eo die habiturus erat, manibus versans ac cœlestia meditans, placidâ piisque expectendâ morte citra doloris sensum expiravit. Ipso Pentecostes festo M. DC. XII. Vixit annos LXIX. Menses V. Dies VII.

At Tu LECTOR BENEVOLE,
Credito terræ placidum precare
Corpori somnum ; moriture quisquis
Prosperam vitâ meditaris actâ
Funeris horam.

N 4

Scripta.

tionem
Vide-

cto-

M.
AN-
Do-
stor

Scripta.

Harmonia Biblica, seu Testimonia Sacrae Scripturae de præcipuis Religionis nostrae Capitibus ὁμόφωνοι seu consonantia, ex universo ejus corpore collecta, in certas Classes distributa & ita disposita, ut sibi invicem πρὸς ἀλλήλους respondeant. His subi-
ciuntur Patrum seu Veteris Ecclesiae Doctorum Græcorum & Latinorum sententiae, quæ genuinum illorum sensum interpretantur, simul & consensum cum Scripturis orthodoxum testantur. Tomus in folio. absolutus. d. 1. Martii, 1601. Manuscript.

Explicatio Decalogi. Manuscripta, in folio.

Eine Christl. Predigt vom Kinder-Tauff / daß derselbe auß Gott / und seinem Wort gemäß sey / Tübingen / 1583. in 4.

Bericht von der Pestilenz: Sucht / derselben Ursprung und mancherley Mitteln darzu-
der. Wie sich auch ein Christen: Mensch wider alle Furcht und Grauen trösten / und ob Er damit angegriffen / zum seeligen Ende bereiten solle / mit vielen schönen Sprüchen und Exempeln gezieret / Tübingen / 1586. in 4.

Zwölff Predigten über das Christl. Gesang: Nun freut euch lieben Christen gemein.

Zehen Predigten über den Artickel von des HErrn Nachtmahl gehalten / in des Heil. Reichs-Stadt Eßlingen / Straßburg / 1606. in 4.

Leich:

Leich:
7.
Es
Leich:
gu
sch
b
Leich:
g
b
Leich:
n

JO
n
vici
Abb
fe
15.
lium
curs
lem
156
cion
pro
ded
bier
qua
Bid
huf
nur
est.

Leichpredigt über Matthaum Zangmeister /
J. U. D. und Ritterschafft's Advocaten / auß
Esaie XL. v. 6. Eübingen / 1594. in 4.

Leichpredigt über den XC. Psalmen bey der Be-
gräbnuß Georg Nichmann / Würtembergis-
schen Bebenhäusischen Pflegers / Straß-
burg / 1598. in 4.

Leichpredigt über Frau Anna Rieyhingen / Bur-
germeisterin zu Eßlingen / auß Sap. III. Eü-
bingen / 1601. in 4.

Leichpredigt über Frau Margaretha Widmān-
nin / auß Es. XLIX. Eübingen / 1608. in 4.

JOHANNES STECHERUS, Sere-
nissimi Wirtembergiæ Ducis Ludo-
vici Concionator Aulicus, & postmodum
Abbas Bebenhusanus, natus Illingæ, Præ-
fecturæ Maulbronnenfis pago, Anno 1544. die
15. Maji. Post Scholarum Inferiorum & Claustra-
lium Stadiique Academici in Ducali Stipendio de-
cursum, Bebenhusam ad Præceptoratum Claustra-
lem, & exinde Leobergam ad Diaconatum, Anno
1566. post quadriennium verò Anno 1570. ad Con-
cionatoris Aulici & Assessoris in Consistorio munus
promotus, Libro Concordiæ tum temporis manum
dedit, unde porro 1577. Abbas Alpirspacensis,
biennio post Præpositus Denckendorffenfis, &
quartus Generalium, tandemque post Eberhardi
Bidembachii obitum Anno 1597. Cœnobii Beben-
husani Archimandrita & Assessor in Senatu Ordini-
um Provincialium interiore solenniter declaratus
est. Vir magni Judicii & singulari in Ecclesiasticis

N. 1544.

Cl. 1580.

O. 1611.

N 5

Poli.

Politicisque negotiis dexteritate, taciturnitate, candore, aliisque Virtutibus eximiis præcellens, qui 200. Alumnis, Literas Alpirspaci, Denckendorffæ & Bebenhusii discipulis magna cum curâ præfuit, Extinctus Apoplexiâ, cum à meridie ad somnum sese composuisset, Anno 1611. d. 25. Junii, (a) ætatis 67. Funebria executus est Andreas Olander, Cancellarius Tubing. habitâ ex Rom. VIII. 35 - 39. Concione.

Nat 1546.

Clar 1584.

Ob. 1611.

STEPHANUS GERLACHIUS, SS. Theol. Doctor & Professor, simulque Academiæ Tubingensis Procancellarius, Knittlingæ in finibus Agri Wirtembergici, ipsa ProtoMartyris Stephani Feria 1546. natales habuit. Patrem Virum plebejum qui ad Anabaptismum deflectens, anno 1607. cum reliquis filiis Wirtembergiâ pulsus, in Moraviam migravit. (a) Primas literas in Meckmühlensi Schola, Præceptore Melchiore Heroldo, cum didicisset, Stuttgartiam in Pædagogium, & ex eo in Scholas Claustrales, præcipuè Maulbronnâ, Præsule Valentino Vannio, recipitur Anno 1563. Biennio post in Stipendium ductus primâ laureâ donatur, & 1567. secunda; Theologiæ Studio incumbens eum se gerebat, ut tùm temporis nec faciliè prudentior, nec etiam doctior inter Studiosos juvenes Tubingæ reperiri potuisset, judice H. Hilario. (b) Cùm igitur An. 1573. Johannes

(a) Brunniæ lib. Synopt. p. m 89.

(a) A. Caroli Memorabil. Tom. I. p. 162.

(b) In Epistola ad Johannem Olearium Goslarie dta 28. Septembris 1619 Scripta.

Johannes Baro ab Unquad / Caesarei ad Portam Ottomannicam Legati Munere defungens, Concionatorem Aulicum e Stipendio Ducali desideraret, consentientibus Professorum suffragiis, Gerlachius ad illud officium destinatur. Ipse tamen noluit primum iis obsecundare, via longinquitatem cauſatus. Accedente verò postea Principis autoritate & Cancellario Academiae D. Jacobo Andreae dicente: Suscipiendum ipsi hoc munus & proficiſcendum Constantinopolim, etiamsi suus Filius esset; tandem paruit, Graecorumque religione ac moribus diligenter inspectis ac cognitis, in causa fuit, quod postea inter Graecos, sedente Patriarcha Jeremia, doctrinae examen fuerit institutum. Patriarchejum singulis ferè mensibus ingrediebatur & conferendi cum Graecis occasionem frequenter captabat, quos etiam de fide & Religione differens adeò testimoniis Scripturae repressit, ut ne hiscere quidem fuerint ausi. (c) Neque minus primarios Ecclesiae Graecae Proceres eximia sua pietate, rara eruditione & praestante, amabili humanitate, ac humilitate singulari, in summum sui amorem & favorem amplissimum pertraxit, testibus epistolis, quibus eum ad amicos suos in Graciam penetrantem comitati sunt. Inter illos, praeter Jeremiam jam dictum, erat Patriarcha Alexandrinus, Sylvester; Metropolitae Joasaphus, Thesalonicensis. Cyrillus, Nicenus; Metrophanes Berrhöensis; Gabriel Philadelphienſis. Methodicus, Melenicensis. Johannes Zygomala, Orator, & Johannes Theodosius ejus filius, Proto-notarius; sicut etiam Matthaeus Calogerus, Simeon Caba-

(c) *Id. Ibid.*

Cabasilas, Hierodiasconus, Michaël Cantacuzenus, & Armeniorum Episcopus, atque alii plurimi, quibus omnibus Augustanam Confessionem à B. Crusio Græcè converlam exhibuit. (d) Constantinopoli excurrrens magnam Asiæ partem perlustravit, de quo extat Diarium ejus, ex Hilarii judicio liber longè utilissimus, ex quo Crusius multa in suam Turco-Græciam transcripsit. In Itinere Constantinopolitano Hadrianopoli capitis dolore, & dyscrasia totius Corporis correptus à Judæo quodam valetudini pristinae cum succo inprimis è malis granatis restitutus est. Unde postea sigilli loco tria elegit mala granata. Cæterum haud prætereundum existimamus, quod Parentator ut rem valdè memorabilem subiceri non debere judicavit: Illuxerat, inquit ille, dies 16. Aug. An. 1573. cum Domini Oratores Cæsarei, Carolus à Rhüm, & Generosus Baro ab Ungnad/ Imperatoris Maximiliani II. munera Suldano Selymo oblaturi cum comitibus suis, quos inter etiam Gerlachius fuit, palatium Imperatoris (ubi multa millia Turcarum congregata fuerunt, omnesque ut ibi loci legis & moris est, mirandum tenuerunt silentium,) intrarent, ecce è media turba, medioque silentio unus Turcarum, irrisum fidem & religionem Germanorum, Germanicis verbis exclamat primam Catecheticæ nostræ Institutionis Quæstionem: Cujus es Religionis? Welches Glaubens bist du? Mirari & obstupescere omnes, cum primis Gerlachius, voces Germanicas, easque ex Catechesi nostra Wirtembergica delumtas in media porta Ottomannica exau-

(d) *Hafenrufferus in Or. funebri, nec non Hilarius ad Chronicon Cyprii 1424. seq.*

exaudiri. Posteris igitur diebus inquisitione datâ compertum est, illum, qui sub Oratorum ingressum sic exclamaverat, fuisse Johannem Ferberum, pistorem & olim civem Backnangensem Wirtembergicum, qui ad impietatem Turcicam defecerat, & postea Gerlachium sæpissimè convenit. Sed & alius Apostata cum eo frequenter collocutus, nimirum, Adamus Neuserus, Pastor olim Calvinianus, ex quo ad Arianismum, mox verò ad Impietatem Turcicam delapsus, qui multis cum querimoniis illi narravit, quàm duriter à Theologis Heidelbergensibus, Bezæ consilio, fuerit habitus, quâque ratione ad religionem Turcicam devenisset, subjungens tandem: Nullus nostro tempore factus est Arrianus, qui non ante fuerit Calvinista, Servetus, Blandrata, Alciatus, Franciscus Davidis & alii. Igitur, qui timet sibi, ne incidat in Arianismum, caveat Calvinismum. (e) Anno 1577. d. 31. Decembris à Domino Ungnadio per milliare extra Constantinopolin obviam missus est alteri Legato Cæsareo Joachimo à Sinzendorff, cujus Concionator Aulicus erat Salomon Schweiggerus. (f) Exacto Constantinopoli ferè Sexennio Gerlachius Anno 1578. in Patriam rediit, ubi d. 23. Novembr. publicâ solennitate Doctor Theologiæ renunciatus, Professionem in Academia Tubingensi Extraordinariam & 1586. post Theodoricæ Sneyffii obitum Ordinariam, ulterius An. 1591. Spartam Superintendentis in Stipendio Illustri Superioris cum Decanatu Ecclesiæ reportavit, cui resignante Anno 1600. Jacobo Heerbrando, Procancellarij & Præpositi Ecclesiæ Tubingensis

(f) *Id. loc. cit. p. 51.*

sis dignitas tandem successit, quam tamen usque ad annum 1606. tantum administravit. Matrimonium contraxit cum Brigitta Johannis Schwarzii, Archiatri Wirtembergici Filia, ex qua filium & filias reliquit superstites. Erat, B. Hafenrefferi teste, insignis Vir eruditionis, quo istâ ætate nullus vixit admirandæ profunditatis ratione in scrutandis ac evolvendis Scripturæ Sacræ summis Mysteriis, aut superior, aut ei comparandus; iis maximè, quæ circa Personam Christi & Prædestinationis Articulum contra Calvinianos, Esavitas & Huberianos versantur. Calluit perfectè Linguam Græcam, Philosophus fuit non proletarius, aliarumque rerum ac artium satis gnarus. (g) Peculiarem è Pontificiis Adversarium habuit, Johannem Busæum, Jesuitam Moguntinum, contra quem humanæ Christi Naturæ, in consortium SS. Trinitatis assumptæ, Majestatem masculè vindicavit. (h) E Calvinianis Lambertum Danzæum, quem itidem confutavit; Sed & Samuel Huberus ad ejus consensum in controversia de Universalitate Prædestinationis provocavit, quem tamen Gerlachius solenni protestatione & disputationibus in contrarium editis studiosè amolitus est. (i) Ad extremum cum vertigine & tremore laborâsset, memoriam adeò amisit, ut vix suum & suorum nomina retineret. (k) Senio confectus ad meliorem vitam abiit Anno 1612, d. 30. Januarii ætatis 66. (l)

Paren-

(g) H. Hilarius loc. citat.

(h) *Jubil. Acad. Tubing* p. 103. & *Scripta amab.*

(i) *Atta Huberiana.*

(k) *Melch. Adami Vit. Theol.* p. m.

(l) *Fecht, Supplem.* p. 156. & *Carol.* pag. 281.

Paren-
Ora-
Sigill-
defen-
Wirt-
fera-
Adri-
168-
Epita-

Ep-
P

S-
lach-
Ing-
mæ-
Ma-
154-
ti g-
Ung-
tino-
in D-
bris-
crea-
nari-
rius

Parentales ei laudes dixit Matthias Hasenrefferus Oratione & Concione Fun. ex 2. Reg. 2. v. 1-14. Sigillatim eum nuperrimè contra G. Arnoldum defendit Andreas Carolus, Junior, in Innocentiâ Wirtemberg. P. III. c. IV. p. 399. De cætero confertur Theoph. Spizelius. Templo Honoris p. 25. Adrianus Baillet in libro admodum raro des An. 1689 in 8. Tom. I. p. 336. seq. apud G. Serpilius Epitaph. Theol. Suev. p. 20.

**Epitaphium Tubingæ in Tem-
plo D. Georgii hîscæ Elogiis orna-
tum est.**

Servite Domino in Timore & exulta-
te Ei in Tremore. Stephanus Ger-
lachius, eximiæ pietatis, profundissimi
Ingenii, summæ Eruditionis & maxi-
mæ Authoritatis Vir, Knittlingæ prope
Maulbronnâ d. 26. Decembris Anno
1546. natus, in Comitatu Cæsarei Lega-
ti generosi Domini, Domini Davidis de
Ungnad &c. ut Minister verbi Constan-
tinopolin profectus, inde Anno 1578.
in Decembri reversus, d. 29. Novem-
bris, Anno 1579. Theologiæ Doctor
creatus, ejusdem Professor extraordi-
narius, Anno sequente verò ordina-
rius: Sicut & Ecclesiæ Decanus An-
no

no 1587. constitutus Ducalis Stipendii Superintendens, Anno 1590. electus, Rectoratu aliquoties & Vice-Cancellariatus Academici munere compluribus annis laudabiliter perfunctus: tandem vitæ & muneris sui cursu feliciter absoluto d. 30. Januarii Anno 1612. & sic completo ætatis suæ Anno 1565. cœlestem Patriam transmigravit, cui lætam Surrectionem Deus O.M. benignè concedat. Amen,

Scripta.

Commentarii super Epistolas Paulinas, Anno - - -
Tubingæ,

Responsio, qua L. Danæi figmenta & Calumnie, quas contra Anti-Sturmium D. Osiandri in Causa S. Cœne & Majestatis Christi hominis evomuit, refutantur, Tub. 1580. 4.

Responsionis Hyperaspistes, Ibid. 1581. 4.

Decertatio cum L. Danæi profano Milite, quem Clibanarium vocat, Tubingæ, Anno 1583. 4.

Affertio Majestatis Christi hominis contra Joh. Busæum, ibid. 1585.

Disput. de Persona Christi, 1586. 4.

Alia de Pers. Christi contra Busæum, 91.

De Prophetis, Respondente Davide Rungio, Tubing. An. 1588. 4.

De Deo Uno & Trino, 1589. 4.

de

- Disp. de Conclusionē: Christum esse mortuum pro peccatis omnium hominum, Tübingæ, 1590. 4.
 de Providentia Dei, 1591. 4.
 de invocatione Sanctorum, 1592
 de Cœna Domini contra Calvinianos, 1592.
 de Adventu, Persona, Officio & Regno promissi Messiae, Ib. 1593. 4.
 de Ecclesia Christi Militante, 1592.
 de Fide in Christum, 1594.
 de Baptismo, 1595.
 de Contritione, 1595.
 de resurrectione Christi, 1595.
 de Mediatore Christo, Tub. 1598. 4.

Disp. tres de Electione Huberianismo oppositæ, Ibid. 1600. 4.

de personali duarum Naturarum in Christo Unionē & Communicationē, Ib. 1602. 4.

de Jejunio, Ibid. 1604. 4.

de Justificatione contra Rob. Bellarminum, 1603. 4.

de iisdem planè causis Justificationis & Electionis nostræ,

de Officio Christi Prophetico.

Biduum Tübingense edidit Martinus Crusius.

Disputationum Theologicarum de Controversiis præcipuis, Tomi II. Tub. 1610. 4.

Constantinopolitanische Keiße - Beschreibung / Francosurt. Anno 1674. opus posthumum, in fol. Cujus editionem ideò distulerunt heredes, quod nimis libera iudicia de plurimis personis ipsius quoque Aula Cæsareæ proceribus in eo perscripta reperiantur, quæ tum temporis, si liber editus fuisset, summam

O

ipsi

ipsi invidiam, odium ac mille pericula creare potuissent. *vid. G. Serpil. Epitaph. p. m. 22.*

Nat. 1546.

Clar. 1587.

Obiit 1616.

PHILIPPUS HEILBRUNNER, Scholarcha & Professor publicus in Gymnasio Lauingano Evangelico quondam percelebri, natus est Lauffæ, Wirtembergicæ ditionis oppido, Patre Hieronymo, Pastore loci, sed deinceps Enzweihingam ad Pastoratam & Decanatum Vaihingensem promotum. Natalis ejus incidit in ultimum Junii, 1546. Avus paternus Philippus præfuit Ecclesiæ Auracensi, tandemque emeritus rude donatus. Anno 1562. Philippus hicce junior Tubingam venit, atque an. 1566. Philosophiæ Magister creatus est, quos honores eleganti & prolixo carmine illi gratulatus est Nicodemus Frischlinus, totus in ejus laudes effusus. (a) Postea Theologiæ studio se mancians brevi tempore Lustnaviæ, notissimo propè Tubingam pago, Pastor constitutus, in Academiam Læctionum & Disputationum Theol. gratiâ itare solitus fuit circa annum 1569. Biennio exacto Bernhusam in Diocesi Stuttgardianâ promotus, anno autem 1574. in Gymnasio Lauingano ad Theologiæ Professionem à Philippo Ludovico, Comite Palatino vocatus, insimul in Ecclesiâ concionando docuit. Anno 1577. Tubingæ cum fratre Jacobo, celebri Theologo, & Johannè Welembecchio, Ecclesiastæ Ulmenfi, Promotore Jacobo Heerbrando, titulum Doctoris in Theologiâ obtinuit; Denique an. 1602. Lauingæ Scholarcha & Inspector Ecclesiarum ejus Provinciæ

in

(a) *Vid. Libr. Eleg. 13. Eleg. 13. Eleg. 6.*

in locu
mas n
bio H
Weick
quatu
das 15
thai Z
quatu
& Ca
Collo
fuit, u
cæ Sec
nonnu
In eo
therun
tris D
multo
Egreg
Jesuita
S. Bib
runde
quàm
patium
etiam
S. Scri
accom
ro no
iisdem
tendel
erim

(a)
(b)

in locum M. Abrahami Mannii ordinatus est. Primas nuptias celebravit d. 2. Junii, 1567. in Cœnobio Hirsoviensi cum virgine Agnete, D. Hentici Weickersreuteri, Abbatis ibidem filiâ, ex quâ filios quatuor genuit, & tres superstites reliquit. Secundas 1581. d. 8. Maji, Lauingæ cum Barbarâ Matthæi Zebelini, hospitis ibidem filiâ, quæ illi 6. filios, quatuorque filias peperit. (a) Vir, qui in Pontificios & Calvinianos doctissimum calamum strinxit, & Colloquio Ratisbonensi anno 1601. instituto interfuit, ubi cum antagonista Conrado Vettero, Jesuiticæ Sectæ Monacho, coram quatuor Principibus & nonnullis eorum Consiliariis cominûs pugnavit. (b) In eo malus ille Vetterus, qui tredecim libellis Lutherum sub nomine M. Conradi Andreæ, ceu fratris D. Jacobi Andreæ, horribiliter infamaverat, multorum criminum falsi accusatus est & convictus. Egregiè tamen scil. excusavit eum Johannes Hylinus, Jesuita, qui simul aderat, concludens à conditione S. Bibliorum ad rationem scriptorum Lutheri: Horundem fors (blaterabat,) non debet esse melior, quàm illorum; Ergò si S. Bibliorum Textus varias patiuntur explicationes & applicationes; cur non etiam Lutheri? quasi dicat: Satanas pro lubitu dicta S. Scripturæ torquet, allegatque modo ac sensu sibi accommodo; quare igitur Domino Collegæ Vettero non licuisset veteratoriè scripta Lutheri versare, iisdemque uti ad institutum suum pro lubitu? Contendebat equidem ex adverso Vetterus, comparis criminis reum agere Heilbronnerum; sed quæ falsè

O 2

Jesui-

(a) *Freberi Theatr.* p. 384.

(b) *Quæstedt de Patriis Viror.* II, p. 166.

Jesuitis imputata querebatur, e. g. doctrina fornicationem & Concubinatum in Clerico minoris reatus ac matrimonium arguens; fabricatio Indicis Expurgatorii &c. testimoniis nullam contradictionem admittentibus ipsi & imprudenter & impudenter poscenti, probabantur. (c) An. 1607. Philippus Lauingæ in convictu habuit, Joh. Valentinum Andreæ, qui eum integerrimum Senem, amicum avitum & paternum appellat, cujus operâ Bibliotheca Palatina satis instructa ipsi patuerit. (d) Tandem an. 1616. d. 17. April. ætatis 70. de mutatione, quæ fratrem expulerat, jam sollicitus, placidâ morte opportune præreptus obdormivit. (e) Vitam ejus Georgius Cleminius, Gymnasii Lauingani Rector diligentissimè descripsit, quam Melchior Adami p. 405. seqq. exhibet. (f)

Scripta.

Vaticinia Jesaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, & Danielis in locos Communes Theologicos digesta, Lauingæ, An. 1586. 8.

Duodecim minorum Prophetarum Vaticinia simili modo illustrata, Ibid. 1588. 8.

Synopsis variorum Errorum hujus temporis, Lauingæ, 1595. 4.

Disputatio de Scripturâ Sacra, Lauingæ, 1579. 4.

Disputatio de Viribus humanis, Lauingæ, 1579. 4.

Pro-

(c) Caroli Memor. T. I. p. m. 29.

(d) Vita J. V. Andreæ Manuscripta.

(e) Carol. p. 397. Andreæ l. cit. Freherus Micralius libr. 3, H. E. p. 499.

(f) G. Serpili, Epitaph. p. m. 34.

Propo
De pe
De pr
Loci
gæ
Loci
15
Thes
Antit
4.
Thes
Synop
Synop
Synop
Syn.
Ext
H
aa

Wil
ch
se
Wil
2
Jes
se
re
D
P
D
De

- Propositiones de Sacram: Cœna, Lauinga, 1586. 4.
 De peccato Originis, Ib. 1588.
 De prædestinatione, Witebergæ, 1597.
 Loci Communes in Epistolam Pauli ad Galatas, Lauin-
 gæ, 1591. 8.
 Loci Comm. in Epistolas ad Timotheum & Titum, Ib.
 1588. 8.
 Theses de Lege divinâ Morali, Ibid. 1600. 4.
 Antithesis Doctrinæ Petri Apostoli & Pontif. Romani,
 4. Ib. 1597.
 Theses de Apostasia Romanâ, Lauinga, 1598. 4.
 Synopsis Error. R. Ecclesiæ de Scriptura, 1594. 4.
 Synopsis Error. de peccato, Ib. 1595. 4.
 Synopsis Errorum Pontif. de Ecclesiâ, Ib. 1595. 4.
 Syn. Errorum de Baptismo, Ib. 1592. 4.
 Extat ejus Epistola ad Johannem Ræslерum Senioreм
 Halensem, in den unschuldigen Nachrichten/
 ad An. 1707. p. 282.

Germanica.

- Widerwärtige Censur und Urtheil der Päpstli-
 chen Scribenten von der Augspurgischen Con-
 fession, Laugingen/ 1598. 4.
 Widerlegung des Huberischen Send-Briefs/
 Witteberg/ 1599. 4.
 Jesuiten-Spiegel/ darinn zugleich die Jesuiti-
 sche Apologia an den König in Frankreich/
 wie auch Conrad Wetters Antwort wider
 den unschuldigen Luther/ und Meyerhöfers
 Prædicanten-Spiegel abgefertiget werden /
 Augspurg/ in 4. 1600.
 Der keusche Paps/ Laugingen/ 1600. 4.

D 3

Send

Send. Brief an D. Samuel Hubern.

Abfertigung Conrad Vettters/ Laugingen/ An.

1603. 4.

Jesus, Syrach in unterschiedl. Lehr- und Ver-
mahnungs- Puncten verfaßt / Laugingen/

1605. in 12.

Gegen: Satz der Lehre Petri und des Papsts/

Ibid. 1613. 8.

Nat. 1547.

Cl. 1587.

Ob. 1604.

CASPARUS SAUTERUS, Senior
Augustanus & Pastor ad S. Annam,
ex parentibus rusticis, honestis tamen, in
pago Wirtembergensi Cuppingâ, Dioce-
ses Herrenbergensis, d. 6. Junii, An. Chr. 1547.
ortus est. Infans sesquianni morbo gravi decum-
bens, cum respiratio defecisset, pro mortuo habi-
tus & linteo coopertus est à Parentibus cubitum
euntibus: sed post duas horas mater expergefacta,
præ amore filiolum, in cunis sibi vicinis jacentem ite-
rum contrectans, calidum & respirantem percepit,
accenso itaque lychno viventem læta reperit, eum-
que cum Hanna Deo consecravit. Puer quoties ex
Scholâ domum reversus, Cathedram ex scabellis fa-
ctam conscendit concionabundus: Migrandum au-
tem ipsi erat quotidie ex Cuppinga in Scholam Her-
renbergensem semihorio distantem, ubi à matre,
Johanni Brentio, Præposito, ibi visitanti adductus
& ab eo ex Catechismo examinatus, cum aptè &
intrepide ad omnia respondisset, Superintendentis &
Præfecti curæ impensius ab illo commendatus & an-
no 1563. ætatis 16. d. 26. Julii, in Scholam Cœno-
bialem Denckendorff receptus est, quem diem quot-
annis

annis
Vitan
Epilt
Nico
mont
acto
catun
mam
volun
dilige
miam
tus)
Inter
fero
Præse
Orga
explic
sus P
bach
persp
Hoc
fet,
sed m
tus, t
lore à
gardi
Pasto
dimic
gensi
per q
nistra

annis postea sacrum solennemque habuit per omnem
Vitam. (a) Eodem in Monasterio Exegesi super
Epistolam S. Pauli ad Romanos composuit, quam
Nicodemus Frischlinus Hanoviae sibi à Sautero
monstratam cum admiratione legit. Triennio ex-
acto An. 1566. In Cœnobium, Herrenalbam vo-
catum, translatus (Concionem d. 1. Septembris, pri-
mam de tertia petitione Orationis Dominicæ : Fiat
voluntas tua, habuit, & cum cæteros commilitones
diligentiâ superaret, post sesquiannum in Acade-
miam Tubingensem & Ducale Stipendium promo-
tus) tribus tantum annis cum dimidio ibi permansit.
Interea verò cum Ægidio Hunnio & Polycarpo Ly-
fero Magister Philosophiæ renunciatus & sapius
Præses Disputationum Philosophicarum electus,
Organum Aristotelis studiosis quibusdam privatim
explicuit. Inde in Collegium Bebenhusanum mis-
sus Præceptorem egit, sapius loco Eberhardi Bidem-
bachii, Theol. D. & Abbatis Cœnobii, qui satis
perspectam habebat ejus eruditionem, concionatus.
Hoc promotore cum vix annum Bebenhuse exegis-
set, in oppido Böblingensi Diaconus constitutus,
sed mox anno exacto Stuttgartiam à Principe voca-
tus, ut Archi Diaconi Munere fungeretur, cum do-
lore à Böblingensibus dimissus est. Cum verò Stutt-
gardiae non tantum ut Archi - Diaconus, sed etiam
Pastor Ecclesiæ ad D. Leonhardum tres annos cum
dimidio Ministerium obiisset, Ecclesiæ Herrenber-
gensis Superintendens factus est; Eoque munere
per quinque annos cum dimidio laudabiliter admi-
nistrato à Comitibus Hanoviâ - Münzebergicis desi-

O 4

deratus

(a) Conc. Fun.

deratus consensu Principis Ludovici discessit, Comitatus illius Superintendens Generalis constitutus. Undecim annis ibi commoratus ingruente à Comitibus Hanovianis, Reformatis, fidei mutatione, D. Ægidii Hunnii per literas hortatu Wittebergam profectus, cum ab eo percepisset, quod in Aulam Dresdensem expeteretur, gratis actis Hanoviam remigravit. Paulò post ab Augustanis ad Antistitium Ecclesiæ ad S. Annam, consentiente Principe Wirtembergico efflagitatus, diu se expedire non potuit, tandem cum literis & mandatis Augustæ & Stuttgartiæ missis urgeretur, d. 26. Sept. An. 1593. primam in Templo S. Annæ Concionem habuit, factus ibi Augustanæ Ecclesiæ Senior & Pastor Primarius. Hanoviâ discedens magno Auditorum jugiter lacrymantium cœtu stipatus instar Pauli, tribus vix verbis ore lacrymabundo ægrè prolatis valedixit. Altera vice matrimonium ingressus 14. liberos progenuit, undecim superstites relinquens, interque illos tres filios, M. Davidem, Casparum & Burckhardum; Filiarum una Juditha Bernhardo Alberto, tum temporis Diacono, sed postmodum Ministerii Augustani Seniori, Viro & Confessori celeberrimo; Altera Johanni Wegelino, Evangelici Collegii Rectori elocata. Ipse, M. Davide Pistorio, tum Hanoviæ, tum Augustæ individuo Collega teste, Theologus fuit excellens & Orator facundissimus, in quo mira Orationis Elocutio & Inventio fuit, de cujus Concionibus præclarus in Germaniâ Superiore Theologus scripserit: Conciones tuæ verè sapiunt Spiritum Christi. Perge obsecro σου θαῶν. (b)

Vir

(b) Conc. Fm.

Vir de cætero mansuetus, humilis & candidus, maximè vero in sufferendis Injuriis patientissimus, à Calvinianis præsertim multa perpeffus. Hanoviz quippe aliquando Concionem habuerat, in quâ de Mutatione Religionis toties in Palatinatu repetitâ mentionem iniecit. Quæ vox ad Johañem Casimirum, Palatinum, invidiosè delata, reprehensionem accrebam, nec parùm periculi Sautero creavit. (c) Unde domum properans solatium è Psalterio Davidis sibi quæsit, reperitque primo statim intuitu Psalmum LII. contra Döegum calumniatorem conceptum, quo sese iterum erexit. Ad ultimum ubi per annum variis morbis fuisset afflictus, viribus tandem consumptis, in Servatore Christo expiravit, verbis Stephani Martyris immortalus: Suscipe, ô Domine Jesu, Spiritum meum, d. 31. Julii, juxta Wittenium d. 1. Aug. An. 1604. ætatis 57 mens. 7. dies. 7. Ministerii 33. Concione Funebris laudatus à M. Davide Pistorio, Augustæ, conferatur Freherus. (d)

Extat carmen in ejus Effigiem
sequens:

*Wirtembergiaco qui primum fidus in agro,
Hanovizque dein Præco salutis erat
Et tandem Augustæ Senior sacra dogmata pandit,
Hæc tibi SAUTERUM sculpta tabella refert.*

Vitam & Scripta exhibet H. Witt. Diar. Biogr. ad
Annum 1604. Meminit quoque illius paucis G.
Serpilius Epitaph. Theol. Suev. p.m. 56. De Scri-

O 5

ptis

(c) *Conc. Fun.*

(d) *Theatr. Ill. Vir. p. 330.*

ptis conferatur Bibliotheca Classica G. Draudii, passim. & Cl. Wittenii Diar. Biograph. ad An. 1604.

Scripta.

Achtzehn Predigten über den Propheten Joel/ Franckfurt/ 1593. 4. Leipzig.

Vier Advents- vier Christ- und zwey Neujahrs- Predigten; Franckfurt/ 1593. 4.

Der Kinder Gottes Bibliotheca erster Theil/ in welchem das Vatter Unser erkläret wird/ samt angehengten fünfferley Auflegungen über das Heil. Vatter Unser / D. Martin Luthers/ Franckfurt/ 1593. in 8.

Sechs und Zwanzig Predigten von Christi Leiden/ lb. 1595. 4.

Passional- Predigten/ Laugingen / 1597. 4. It. Leipzig.

Vier Predigten von der Brüderschaft Jesu Christi/ auß Hebr. II. Laugingen / 1598. 4. Leipzig bey Vogt.

Zehen Hochzeit- Predigten über den 127. Psalmen/ Laugingen/ 1598. 4.

Triumphus, Jesu Christi, oder XIX. Predigten von der Auferstehung Christi/ Franckfurt/ 1599. in 4.

Drey Predigten von der Himmelfahrt Christi/ lb. 1599. 4.

Drey Pfingst- Predigten von dem Heil. Geist/ 1599. 4.

Sieben Predigten über das Lob, Gesang Mariä/ Luc. I. Laugingen/ 1599. 4.

Practi-

Prædica Spiritus S. ex Psalmo l. Concionibus sex illustrata, Lauinge, 1599. 4.

Zwoßß Predigten von Christi Geburt und Kindheit/ Lauingen/ 1600. 4.

Christi Leyden auß dem Gûrbilde Josephs / in XV. Predigten erklärt/ Lauingen/ 1602. 4.

Fünffzig Leichpredigten / 1599. 1604. 1608. 4.

Christi. vor. in, und nach- Weihnachts- Predigten/ Franckfurt und Leigzig/ 1613. in 4.

Αὐτοῦ ἑαυτοῦ pro asruendâ divinâ & infinitâ Majestate Christi Gießæ, 1631. 8.

JOHANNES WESENBECCIUS, Nat. 1548.

SS. Theologiæ Doctor & Superinten- *Cl. 1587.*

dens Ulmenensis, antea Tubingensis Pro- *Ob. 1612.*

fessor, natus est Zaylenhusæ, Wirtember-

gicæ ditionis pago anno 1548. Puer adhuc in pa-

triâ ru. i cuiusdam Scholam adivit, postea Brettæ

quadri. nio studia tractavit. An. 1560. Argentor-

atum studiorum continuandorum gratiâ missus, sed

An. 1563. ob pestis contagia domum à patre revo-

catus, 1564. Tubingam adiit, ubi anno insequente

Baccalaureus & 1567. Philosophiæ Magister renun-

tatus est. An. 1571. Cum Ludovico & Alberto,

Comitibus Oetingensibus, ac cum Eberhardo &

Georgio Schnellio, Dominis de Limpurg, Præce-

ptoris munere functus, Argentoratum profectus,

cum iisdem Tubingam 1571. reversus est. An. 1574.

in pago Weilâ, Tubingæ vicino, primam Concio-

nem habuit. An. 1576. d. 3. Jul. Stuttgartiam vo-

catus, ubi Locorum Communium Professio, loco

D. Jacobi Andreæ in Saxoniam profecto, ipsi de-

man-

mandata fuit in Academiâ Tubingensi, An. 1577. Diaconus Ecclesiæ Tubingensis ordinatus & promotore D. Jac. Heerbrando Theol. Doctor cum laude creatus est, honorum confortibus Heilbrunneris fratribus. An. 1579. Pastor & Superintendens Ecclesiæ Göppingensis factus, postquam anno 1577. Formulæ Concordiæ nomen dedisset, inter Professores Academicos. (a) An. 1582. die 21. Jan. Ulmæ concionatus sequenti die Summi Templi Ecclesiastes & paulò post Superintendens declaratus officium administravit usque ad obitum. Nuptias celebravit, d. 14. Aug. cum Elisabetha Virgine, Anastasii Demleri Juris Professoris Tubingensis, filiâ, quæ 17. liberos ei peperit, è quibus unicus superstes vixit filius, Johannes, Diaconus Langenaviensis, cum 3. filiabus. An. 1599. Iterum desponsatus est cum Dorotheâ Heiderinâ, Wilhelmi Friderici Lucii, Theol. & Pastoris Nördlingensis relicta Viduâ, quæ M. Octobr. An. 1605. expiravit. Cum tandem valetudinis infirmæ causâ Thermas Bollenfes adiisset, ab earum usu indies debiliior factus D. Jacobum Schopperum, Theol. Professore Aldorfium ad latus habuit. Post aliquot dies gener & filiæ ad eum lecticâ venerunt, ut in eâ domum deportaretur. Sed viribus in viâ deficiens placidè obdormivit in campo quodam viridi propè Nellin-gam. 29. Junii, An. Chr. 1612. ætatis 65. Ministerii 36. Concionem Funebrem dixit Petrus Huberus. (b)

Scripta.

(a) Vid. Fecht, Supplem. Hist. Eccl. p. m. 157. 2

(b) P. Freher, Theatr. p. m. 366.

Scripta.

Gulden Kleinod / oder *CIII.* Predigten über die Epistel Pauli an die Römer ; durch den Sohn Joh. Besenbeck / in Druck gegeben / Wittenberg / 1617. 4.

Christlicher Bericht von zweyerley Ablass / Eubingen / 1581. 4.

Epistola tres ad Marbachium Scripta, apud Fecht, Epistolar. Theol. p. 746. 762. 787.

OSEAS HALA, Francofurtensis Ecclesiae ad D. Catharinam Minister, *Nat. 1548. Cl. 1587.* patriâ Wirtembergicus erat, natus quippe *Ob. 1611.* Waiblingæ An. 1548. (a) Patre Georgio, Pastore supra memorato, Viro Hebraicè, Latinè & Græcè doctissimo. Qui cum ob denegatum Cothurno Interimistico Consensum officio cedere cogeretur, Infantem nondum semetrem cum fratre natu quidem majore, sed vix bimulo aut trimulo, secum tulit exulem adeoque Christi recens nati fata expertum, seseque in Misniam contulit, ubi Sonnenwaldæ primum, dein Zwicaviæ, Cizæ & Lipsiæ doctrinam Evangelii prædicavit, cujus sub curâ & Inspectione Oseas in Studio pietatis & litterarum feliciter adolevit. Inde à Patre cum Aug. Brunnio amico suo per 40. annos constanti, in Ducatum Wirtembergicum remissus, Pastoratum Ecclesiae in Kaltenwesten, nobilis Vici, per complures annos eâ dexterrate administravit, ut An. 1582. à Senatu Francofurtensi

(a) Aug. Brunnius Synop. p. m. 118.

furtenſi in Eccleſiaſten Templi ad D. Catharinam
expetitus fuerit Ibi piè & fideliter munere ſuo
functus animam exhalavit, d. 25. Septembr. Anno
1611. (b)

Nat. 1548. **JACOBUS HEIBRUNNERUS**, Ab-
Cl. 1587. bas & Generalis Superintendens Be-
Ob. 1619. benhuſanus, natus erat Eberdingæ in di-
ſtrictu Vaihingeni Anno 1548. d. 15.
Aug. Patre Hieronymo, Hallenſi, Paſtore illius
loci & poſtmodum Superintendente Vayhingeni,
Matre Barbarâ Dickin, Civis Ober-Riexingenſis
Filia. Eruditus partim Vaihingæ, partim in Pæda-
gogio Stuttgardiano in Collegium Alpirſpacenſe
Anno 1561. & biennio poſt in Muſifontanum ſub
Abbate Valentino Vannio (ubi Anno 1564. Collo-
quii Theologi à Duce Wirtembergico & Friderico
III. Electore Palatino inſtituti Auditorem egit,) &
ex inde 1565. cum Condiſcipulis Stephano Ger-
lachio, Ægidio Hunnio & Polycarpo Lyſero, Tu-
bingam inter Stipendiarios Ducales promotus, eo-
dem anno Baccalaureus, Anno autem 1567. Phi-
loſophiæ Magiſter ſolemniter creatus eſt. Abinde
totum ſe dedit ſtudio Theologico, nec tamen pror-
fus Philoſophiam neglexit. Anno 1573. cum Po-
lycarpo Lyſero in Auſtriam & quidem ipſe à Sigis-
mundo Hardeccie Comite, vocatus poſt ordina-
riam à D. Jac. Andrea, Cancellario Tubingenſi, fa-
ctam inaugurationem Tubingâ diſceſſit, & Vien-
nam veniens in aula Baronis Wilhelmi Roggendorf-
ſii, inferioris Auſtriæ Mareſchalli, de Paſſione &
læta

(b) *Chronicon Francof. Libr. II. c. 18. p. 66.*

lata Salvatoris nostri Resurrectione, aliasque plures per mensis Spatium Conciones habuit. Deinde Rigerspurgi, arce in Austria, ad fines Moraviae sita, Pastor Ecclesiae sub Aulici Ministri titulo factus est. Post 7. Septimanas Sutzendorffium promotus. ibi ad 3. Septimanas, postquam Pastor illius Loci tunc repentè in Cathedra obiisset, Ecclesiae Ministrum gratis egit, & cum D. Joh. Frid. Coelestino, Josua Opitio, & Laurentio Becherero, Flacii dogmata propugnantibus, saepius acriter disputavit. An 1575. M. Aug. à Principe Palat. Johanne vocatus per Fratrem Philippum, Concionator Aulicus Bipontii factus, paulò post Tubingam rediit. Ubi Anno 1577. cum Fratre Philippo Theologiae tunc Professore in Gymnasio Lauingano, & Johanne Wesenbeccio Superintendente Ulmensi, Theologiae Doctor renuntiatus est. Anno 1580. à Principe Bipontino Johanne, Calvinii doctrinam amplexo, dimissus, Heidelbergam ab Electore Ludovico accersitus, & Ecclesiae Bentzheimensis in via montana ad Sylvam Ottonicam Pastor constitutus est, cum Praedicatorum Aulæ, & Professionem Theologicam, quam Huldericus Edo obtinebat, sibi ab Electore oblatam modeste renuissset. Anno 1581. Ambergæ in Palatinatu sup. urbe primaria Superintendenti Generali, Martino Schallingio, Formulæ Concordiæ nomen subscribere detrectanti, & idcirco ab officio remoto, jussu Electoris Ludovici successit; quia verò Schallingius in domo Parochiali Arresto detinebatur, in illam d. 13. demum Martii, Anno 1583. migravit. Sed cum paulo post d. 12. Octobr. Elector Ludovicus obiisset, Religione in Palatinatu iterum

rum

rum mutatâ, jubentibus Administratore Joh. Casimiro, Comite Palatino & Governatore Ambergensi Joachimo, Comite Ortenburgico anno 1585. Ambergâ emigrare, & Georgio Lupichio, loco domoq̃ue cedere coactus, civibus frustra detinere eum conantibus, à Philippo Ludovico Palatino Neoburgum accersitus, impensè dilectus & multis beneficiis cumulatus Prædicaturæ Aulicæ per 30. annos præfuit; Anno 1588. cum Clero Ratisbonensi in aula Episcopali, præfente D. Jac. Andræ, Præposito & Cancellario Tubingensi, in arenam descendit, cum ibi per anni dimidii spatium Pastoris partim, partimque Legati vices egisset. Anno 1591. ad Professionem Theologicam in Academia Tubingensi à Ludovico Principe Wirtembergensi vocatus fuit. Eodem tempore Episcopatus in Borussia cum Professione primaria Regiomontii ipsi fuere oblata: Quin etiam à Proceribus Styriæ Gracium, & à Senatu Ratisbonensi ad Ecclesiæ Inspectionem compellatus fuit. Sed Princeps Neoburgicus illum à se dimittere recusans, à Ludovico Duce Wirtembergico retinendi eum potestatem agrè tandem obtinuit. Anno autem 1615. Wolffgango Wilhelmo, Palatino, regimen auspicante, & à Jesuitis ad Religionem Pontificiam variis artibus plecto, cedere coactus, cum Vidua Principis Neoburgici Matre Höchstattam concessit, acceptoque in illo itinere tristi nuntio de Uxoris obitu, quam cum Familia Lavingæ in ædibus Generi reliquerat in Wirtembergiam Patriam remeavit, ubi à Principe Joh. Friderico, clementissimè exceptus Abbatiam primò Anhusanam, deinde verò anno 1616. Bebenhusanam cum Inspectione

Etione Generali & Sessione in Senatu Ordinum Provincialium sibi collatum ad dies vitæ laudatissimè gessit. (a) Nuptias celebravit, d. 12. Julii, An. 1575. cum Virgine Catharina, D. Henrici Weickersreuteri, Abbatis Hirsovi. filiâ, ex qua 10. liberorum pater factus, filios superstites reliquit Georgium, Superintendentem Sulzbacensem, & Ludovicum, Ecclesiasten Cellensem: Filias verò tres, Ursulam, D. Georgio Zeamanno, Theologo Campidonensi; Saram, hujus Fratri Pharmacopœo Neoburgico, & Annam Mariam, M. Danieli Osiandro, Diacono Sindelfingensi, desponsatas. Anno 1616. ad secundam vota Bebenhufæ digressus, honestam Matronam Cordulam, Petri Stammleri, Civis Tubingensis Viduam, sibi desponsavit, cum qua pacificè per breve vitæ suæ residuæ tempus vixit. (b) Vir, juxta Theod. Thummii elogium, si Theologiæ spectemus cognitionem in omnibus tam felicitis, tam exacti, tam exquisiti Judicii & dexteritatis, ut nihil supra. Sive enim ex ipso S. Literarum Codice quaestio mota fuerit, ita solidè sedem & indolem veræ & genuinæ sententiæ animadvertere potuit, ut vix secundum habuerit; sive ex Patrum scriptis definiendum aut decidendum aliquid fuerit, rursus talem se præstitit, ut illum nobis admirandi, Adversariis verò indignandi materiam præbuerit. Si Vitam verò examinamus, Vir, qui in simplicitate Prudentiam, in adversitatibus patientiam, in veritate constantiam, in parsimonia frugalitatem & temperantiam exercuit. In rebus gravissimis deliberan-

P dis

(a) *P. Freberg's Theatrum Part. I. Sect. 3. p. 399.*

(b) *Ibidem.*

dis matura & benè coëta dedit consilia, in expediendis & agendis eâ promptitudine & dexteritate, ut integritati animi auctoritatem & comitatem adjunxerit. (c) Colluctatus sæpè cum variis Evangelicæ veritatis hostibus, non tantum cum Flacianis Anno 1575. Sizendorffii, sed & Calvinianis, præsertim cum Pantaleone Candido, & Marco Beumlero, à quo virulento calamo erat impetitus. Deinde anno 1590. & anno 1593. Neoburgi in Colloquio ab Illustrissimis Johannis Palatini Fratribus, ut errantem reducerent, instituto; porro cum Hubero 1596. jussu Principum juxta alios Theologos collocutus. Cum Pontificiis quoque tertia vice anno scilicet 1588. deinde anno 1601. Ratisbonæ, in Colloquio solenni, quo parem cum Ægidio Hunnio gloriam promeruit. Ubi non prætermittendum, quod in singulis sessionibus nostri semper præmiserint preces, quas Jesuitæ contra omiserunt oscitanter, ut audita sit cujusdam Jesuitæ Vox: Heilbrunnerum nihil amplius posse quàm orare. vid. Dan. Crameri Oration. Select. VI. p. m. 223. edit. Argentor. anno 1607. 8. Denique anno 1615. Neoburgi colloquium habuit cum Jacobo Kellero, Jesuita Monachienfi; cujus atque sociorum memorabilis in eo fuit impostura. Citaverat Heilbrunnerus in libro, cui titulus; Papatus Acatolici, verba Gregorii M. de Anti-Christo Libro 4. Epist. 38. sic habentia: Omnia, quæ prædicta sunt, sunt. Rex superbiæ propè est, & quod dici nefas est, Sacerdotum ei præparatur Exercitus, quia cervici militant elationis, qui ad hoc positi sunt, ut ducatum præberent humilita-

(c) *Orat. Funebr. plur.*

militatis. Hic autem arguebat Jesuita Heilbrunnerum fraudis, quasi Textum corrupisset & loco vocis Exitus, malitiosè posuisset, vocabulum Exercitus. Id quod non tantum impudenter in literis ad Maximilianum Bavariz Ducem scriptis jactavit, verum etiam in prædicto Colloquio audacissimè probare conatus est, producto in eum finem Codice quodam à Pontificiis corrupto, in quo Vocabulum Exitus, (loco Exercitus,) legebatur. Enim verò Heilbrunnerum rectissimè citasse, tum ex vetustissimis Codicibus manuscriptis, tum ex ipso Bellarmino, tum ex *συνοψία* Textus probat doctissimus Theologus Dorschæus, qui Heilbrunnerum vocat optimum Senem, Theologum de universa Ecclesia meritissimum. (d) Inter Scripta ejus eminet: Papatus A catholicis à D. Georg. Zeæmanno acriter defensus; Opus ex Scherzeri judicio aureum, acutum & solidum, quod annotante D. Majero Pontificiis refutare hætenus fuit impossibile; unde Scherzerus concludit: Laudem hæc Scripta omnem superant, ceu vel inde conspici potest, quod adversarii ne hircere quidem in hunc usque diem non fuerint ausi. Id ex vero affirmare possumus, Theologiæ Studiosum sibi ex solo horum Librorum diligenti lectione, & in Codicillos exceptione, integram Papistarum Controversiarum Bibliothecam comparare posse. Stylus operis est succinctus, festivus, nervosus, acutus, adversarium premens, ut nihil eorum omnium quæ Scriptorem aliàs commendare possunt, jure desideres. Multa & non superficialis Lectio atque candor imprimis elucet, & omni-

bus numeris Apologetæ officium illi viri Dei adimplent. (e) Cæterum silentio non involvenda est benedictio, quàm à Jacobo Andreæ quondam acceperat & vicissim Nepoti ejus Joh. Valentino deinceps impertivit, his verbis : Cum Avo tuo, inquires, quondam valedicerem, ille, quâ solebat humanitate optima quæque precatus, addidit, quod olim Johannes de Christo vaticinatus est : Oportet te crescere, me autem minui, de te nunc idem planè ominor, & ut ratum sit, Deum adoro. Nec absuit vero tanti viri augurium, cum paulò post mortalitatem exuisset, me non indecoro in Ecclesia Dei loco reposito. Idem nunc, mi Juvenis repeto, & Avi Tui benedictionem in me collatam Tibi cedo, ac bona fide reddo, & cum minui me annis gravem, & impendenti Ecclesiæ tempestatì accedentem par sit, crescere autem te, & Avitis Paternisque Vestigiis & sedibus inhærere, ex animo opto, atque omnis haud vani spem ex Fratris mei commendatione & Indolis tui indicio concipio. (f) Paucis ante obitum diebus alacriter dixit : Virum fortem debere stantem mori, & sese paratum esse ad finem usque vitæ, nullum laboribus vacuum concedere tempus. Bebenhusæ deinde manè horâ octavâ concionaturus de felicitate piorum in vita æterna, inque cathedra preces suas Deo mandaturus, (g) (Serpilius (h) habet mediâ in Concione) Apoplexiâ correptus

(e) *Apud Serpil. Epit. Suev. Theol. p. 33.*

(f) *Vita Val. Andrea Manuscripta.*

(g) *Freberus loc. cit.*

(h) *Loc. cit.*

reptus sequenti die placide expiravit, 6. Novembris
Anno 1619. Ætatis 71. (i)

Jacobus Heilbrunnerus SS.

Theologiæ Doctor.

per Anagramma:

Heu nobis! heu dolor! ecce Regia
nostra Salus obiit.

Epitaphium.

Hic Hailbrunneri Doctoris membra
Jacobi

Et vario & multo fessa labore cu-
bant.

Magnus erat genio, major Sermone,
Styloque

Maximus, hinc Scriptis, claruit exi-
miis.

Claret adhuc, mage sed clarebit, quan-
do resurget

Clarus, ut æternum clareat ante
Deum.

Concione Funebri eum laudavit Matthias Hafen-
refferus Cancell. Tubing. Orat. Parentali Theod.
Thummius, Prof. Theol. Epitaphium Germani-
câ linguâ extat in Templo Bebenhusano.

P 3

Scripta,

(i) *Conf. Echti, Suppl. p. m. 153 seq.*

Scripta.

Papatus A catholicus sive: Uncatholisches Papstthum/ Lauinge, 1609. & 1614. fol.

Demonomania Pistoriana, Magica, Cabalistica morborum curandorum ratio, Christianis propinata cum antidoto prophylact. 8. lb. 1601.

Schwenckfeldio - Calvinismus, s. demonstratio Calvinianos idem sentire in principis fidei Articulis cum Schwenckfeldianis & Anabaptistis, Lauinge, An. 1594. 8.

Item Germanicè Francof. 1597. 8.

Antidotum in Demonomaniam Pistorianam.

Anti - Tannerus, scriptum Apologeticum, contra mendacia Adami Tanneri, 8.

Carnificina Esauitica de flagellatione contra Jac. Gresserum, Jesuitische Lehre von freywilligen Creutz der Geißlung gründlich abgeleinet/ Lauingen/ 1607. in 4.

Synopsis Doctrinae Calvinianae, oder Summarischer Begriff und gegründete Widerlegung der Zwinglischen und Calvinischen Lehre / Lauingen/ 1590. 1595. 1597. in 4. Frankfurt/ 1599. 8.

Nothwendiger Unterricht von den fünf Haupt- und zwanzig Frag. Stücken / welche dieser Zeit durch die Calvinische Visitatores den Christlichen Gemeinden in der Churfürstlichen Pfalz aufgetragen worden/ Lauingen/ 1598. 4.

Bericht ob man die Altar/ darauf die Papisten ihr Meß, Opfer gehalten / in den reformirten

ten Kirchen dulden möge; angehenckt dem
Schwenckfeldio Calvinismo Anno 1597. 4. Lau-
gingen.

Send: Brief an D. Samuel Hubern darinn
angezeigt wird/ was auf Anordnung etlicher
Fürsten mit D. Samuel Hubern gehandelt
worden/ auf dem Reichs: Tag zu Regens-
spurg/ Laugingen/ Anno 1594. 4.

Bericht von dem Jubel, Fest der Papisten in
4. Predigten/ Laugingen/ 1600. 4.

Bericht auf alle Fragen und Disputationes von
der Heil. Schrift/ und von der Kirchen/ wie
der Job. Pistorium, Ibid. 1600. 4.

Theses de Prædestinatione, Wittebergæ, 1597. 4.

Conclusions- Schrift wider Job. Baptistam Fickler/
die Concilia Pâpsti. Primat und den Richter in
Glaubens: Sachen betreffend/ Laugingen/
1593. 4.

Colloquium Neuburgense, gehalten Anno 1615. zwi-
schen Jacob Heilbrunnern und Jacob Rei-
lern/ Jesuiten/ Ulm/ 1616. 4.

Trost: Schrift an verfolgte Christen / Anno
1618. 12.

Nothwendige Furche und endliche Abfertigung
der unverschämten Ehrenrührigen ver-
meinten Widerleg: und Retorsions- Schrift
Conrad Betters / Jesuiten / Laugingen/
1603. 4.

Endliche Entschuldigung wider D. Samuel
Hubers Send: Brief/ vom Regenspurgi-
schen mit ihm gehaltenen Colloquio, Witten-
berg/ 1599. in 4.

Wieder:

Wiederlegung des vermeynten gründlichen
Berichts vom Heil. Abendmahl / im Nah-
men der Theologen zu Heidelberg von D. Za-
charia Ursino gestellt / 8. lb. 1593.

Ableinung der Kellerschen Dehl-Gözeren oder
letzten Dehlung.

Zwo Leichpredigten/bey der Leich Herrn Pfalz-
Grafen Philipp Ludwigs gehalten / lb. 1614.
in 4.

Leichpredigt über Herrn Otto Henrich Pfalz-
Grafen / *Ibid* 1604. 4.

Leichpredigt über David von Hagen / auß *Acto-
rum VII.* 59. Laugingen / 1596. 4.

Nat. 1530.

Cl. 1571.

Ob. 1590.

HENRICUS ab EFFERHEN, SS.
Theologiæ Doctor, nobili prosapia
oriundus, Patre Casparo ab Esserhen,
Matre Agnete à Schitten natus erat, An.
1530. Post jacta in triviis literarum fundamenta, stu-
diis operam navavit Lutetiæ Parisiorum, ubi Evan-
gelicorum persecutione & constantiâ motus, in Ger-
maniam Evangelii causâ se contulit, atq; in Academia,
Tubingeni substitit; factus postmodum anno 1550.
Schorndorffensium Diaconus inter Evangelicos pri-
mus, & porro An. 1555. Monasteriorum Heer-
brechtingen & Lorch Reformatore & Pastore Luthere-
ranus. Biennio post 1557. Theologiæ Doctor re-
nuntiatus Superintendens Bietigheimensis Diœce-
seos evasit. Ex qua 1570. ad Inspectionem Comi-
tatus Mömpelgardensis à Serenissimo Duce Chri-
stophoro missus, sed anno 1575. certis de causis bo-
nâ tamen Principis gratiâ, revocatus, Ecclesiæ Win-
nedensis

nedensis Pastorem egit usque ad finem Vitæ. Filium ex Coniuge Barbara, Ulrici Bühlerii filia genuit, cognominem, magni in Ecclesiam Wirtembergicam meriti Virum, & Superintendentem Cantstadiensem ac Stuttgardianum, & ad ultimum Abbatem Anhusanum. Neciple minor fuerat, qui Scriptis in Ezechielem & Daniele Ecclesiæ inservire magna cum industria laboravit, è quibus Historiarum non perfunctoriè gnarum fuisse legentibus apparet. Concordiæ Libro nomen dedit 1580. Mortalitem exiit anno 1590.

Scripta.

Den zehen Christliche Predigten auß dem XXXVIII. und XXXIX. Capitel Ezechielis von Gog und Magog oder den Türcken / mit kurz einverleibter Historischer Erzählung vom Anfang / Ursprung und Zunehmung des Mahometischen Ränserthums / Straßburg / 1571. 8. & Latine Ibid. eodem anno. 8. Leipzig / 1596. 8.

JOANNES SCHMIDLINUS, alias *Cl. 1585. O. 1600.*
Jabricius, Superintendens & Pastor Ecclesiæ Uracensis, natione Suevus, Patria Campidunensis. (a) Variis in locis Evangelium prædicavit ab initio quidem Stuttgardiæ Diaconi, deinde Concionatoris ad D. Leonhardum officio, post Wilhelmum Bidembachium, defunctus. Inde Leobergam ad Ephoriam Vicinarum concessit; interjectis

P 5

(a) Brunii l. c. p. 72.

terjectis paucis annis Durlacum ad Antistitium vocatus est, ubi concordia libro suum adjecit calculum. Reversus tamen, nescio quo fato in Wirtembergiam, Lauffensis Ecclesiae Inspectioni cum dependentibus praefuit; tandem ab Illustrissimo Principe, Uraci, Pastor ac Superintendens constitutus, pie ibi ac tranquille mortuus est circa Annum 1600. Theologus, W. Bidembachio iudice, (b) D. Lucae Osiandro, Seniori, eruditione & facundia non multum impar.

Nat. 1549.

Clar. 1588.

Ob. 1599.

HERMANNUS HENRICUS FREY, Swinfurtensis Ecclesiae Superintendens, patriam Wirtembergicus, Dürrenzii, (a) Maulbronnensis Praefecturae pago An. Chr. 1549. prognatus; Patre Eusebio Pastore, cujus nomen inter Wirtembergicos Verbi Praecones Concordiae libro subscriptum legitur; Quo tempore & filius Ecclesiae Ministrum jamjam in districtu Stuttgartiano egit, eam quidem cum industria & pietate, ut est Patria in Civitatem Imperii Swinfurtum ad Ecclesiae regimen fuerit vocatus, ubi Typum Concordis doctrinae denuo subsignavit, scriptaque non vulgaris materiae, *θηριοβιβλια* nempe & *ιχθυοβιβλια* composuit. (b) Vivis excessit Anno Chr. 1599. aetatis, 50. Meminit ejus G. M. Königius, & Ephraim Prætorius. (c) Scripta recenset, G. Draudius Biblioth. Clafs. passim.

(a) Brunn l. c. p. 72.

(b) In Epistola ad Marbachium, ap. Fecht, P. III, p. m. 300.

(a) Brunnius loc. cit. p. 58.

(b) Biblioth. Vet. & Nov. p. m. 318.

(c) Biblioth. Homilet. in Indice.

Scripta.

Scripta.

Philargyrus Ecclesiae, der Gelt-Narr mit seinen sieben fürnehmsten thörichten Eigenschafften / vom Königlichen Prediger Salomo entworffen / und allen geistigen vor Augen gestellt / Schweinfurt / 1589. in 8.

Voluptuarius Ecclesiastæ, Unterricht wie alle fromme Mönichen ihre Wollust von und an äusserl. Ständen Gaben und Gütern Gottes schöpfen und seeliglich gebrauchen mögen / Schweinfurt und Leipzig / 1596. in 8.

Biblisches Thier-Buch / darinnen alle vierfüßige / zahme / wilde / giftige und kriechende Thiere / Vögel und Fische / deren in der Bibel Meldung geschieht / samt ihren Eigenschafften und Historien beschrieben sind / mit der alten und neuen Kirchen-Lehrer Auslegung fleißig erklärt / und auf die drey Hierarchias gerichtet / Leipzig bey Vogt / 1605. in 4. *posthum*.

Zwen und Zwanzig Lucia-Predigten vom Amt und Stand einer Christlichen Obrigkeit / Schweinfurt / 1605. 4.

JOANNES PISCARIUS, Superintendens Richovillanus, haud dubie ipsè, qui D. Henrico Efferhenio, cui Inspectionis & cura Ecclesiarum Mompelgardensium aliquot annos commendata fuerat, certis de causis revocato, successit Anno 1575. Eum Balthasarus Bidembachius Joh. Marbachio singulari Epistola com-

Cl. 1585.

Ob. 1601.

com-

mendavit, quæ inter Epistolas Theologicas à Domino D. Fechtio editas extat, ubi quidem Joannes Pistorius vocatur, manuscripti malè, ut opinor Typothetâ lecti, vitio. Etenim in Libro Concordiæ, quod biennio post nempe Anno 1577. subscripsit, Piscarius appellatur; & inter Abbates Wirtembergicos Monasterii Alpirspacensis Joannes Piscarius reperitur, Matthæo Vogelio An. 1592. d. 2. Aprilis succedaneus, qui An. 1562. Stuttgardiæ Diaconus fuit. Erat is, Balthasaro Bidenbachio teste, Vir doctus, pius, gravis, modestus & qui apud nos Ecclesiis cum fructu servivit & in oppido Gröningâ propè Alpergum Superattendentem egit. Graviter tulit illius discessum Ecclesiæ, cui præfuit, & nos (ita pergit ille,) inviti ipsum dimisimus. Sed status Ecclesiarum Mompelgartensium talem Virum postulavit, & necessitas nobis quasi extorsit & eripuit. Decrevit is cum familiâ per diem apud vos subsistere & familiaritatem vobiscum atque amicitiam contrahere. Quamvis autem mihi abunde constet de vestrâ facilitate, humanitate atque egregiâ voluntate erga omnes eruditos & pios Viros, imprimis eos, qui à nobis proficiunt; tamen Amico meo optimo, apud meum amicum charissimum aditum aperire volui, ut non deesset bono Viro, apud vos ignoto, occasio vos compellendi. Eum ita tibi commendo, ut qui omnium bonorum Virorum favore & studio dignissimus sit, & te oro, ut quâ fide & Zelo hæcenus Reichenvillanam Ecclesiam tuo consilio atque ope juvisti, eodem & operam tuam Ecclesiæ ac Superattendenti novo Mompelgartensi, si res ferat, præstes, à Domino
mer-

merc
serva
ctans
Abb
tiit,

BA
Super
cion
erat
stadi
An.
Clau
lustr
cum
cobo
suice
aliis
in te
nes
M. I
Otte
adhi
adm
sem
Prof
mul
Duc

mercedem, à M. Pistorio (Piscario) debitam observantiam, à nobis omnibus pietatis officia expectans. Haftenus Bidembachius. (a) Piscarius quem Abbatem factum esse supra diximus, mortem oppetiit, Alpirspaci, d. 21. An. 1601.

BASILIVS SATTLERVS, Theo-^{Nat. 1549.}
logiæ Doctor, & Ducatus Guelphici ^{Cl. 1588.}
Superintendens Generalis, simulque Con-^{Ob. 1624.}
cionator Aulicus, ortu & nativitate non
erat Wirtembergensis Saxo, sed Wirtembergicus, Neostadli ad Tiliam, A. Brunnio teste, (a) natus circa An. 1549. Patriæ Scholas tam triviales quam Claustrales cum feliciter superasset, Tubingæ in Illustri Seminario Sacræ Scripturæ studium optimo cum successu tractavit. Unde An. 1569. à D. Jacobo Andrea, qui ad reformationem Ducatus Brunsvicensis ab Illustrissimo Duce vocatus erat, cum aliis Philosophiæ Magistris & Theologiæ studiosis in terras istas deductus est. Fuere inter illos Joannes Schulerus, Grezingeris, M. Michaël Köhler, M. Rupius, ambo Oetisheimenses, M. Michaël Otto & alii, quorum aliqui Ecclesiis, alii Scholis adhibiti sunt. (b) Sattlerus Ministerio Verbi primum admotus; deinceps in Academiam Helmæstadiensem proventus, gradu Doctoris solenniter obtento Professionem Theologicam impetravit, ubi & Formulæ Concordiæ subscripsit. Inde illustrissimo Duci, Julio, ut à Concionibus & Sacris Consiliis esset

(a) *Fecht Epist. Theol. P. IV. p. m. 522.*

(a) *Lib. Syn. p. 26.*

(b) *Thummii Chron. Manuscriptum.*

esset, Guelpherbytum evocatus, totius Guelphici Ducatus Episcopiam sustinuit usque ad obitum. An. 1583. Colloquio Quedlinburgensi inter Theologos Palatinos, Saxonicos, Brandeburgicos & Brunswicensis instituto interfuit, cum Heinricho Wirfio, Abbate Ringelsheimensi, Tilemanno Heshusio, Daniele Hofmanno, Joanne Malfio, & Henrico Cölpio, Superintendente Henrichstadiano, à quorum partibus stetit. (c) Ex se & conjuge suâ natos vidit liberos, nepotes ac pronepotes 99. Vitam in Domino posuit. Anno 1624. d. 9. Novembris, ætatis 75. Ministerii 55. Scripta commemorat Henninges Witten (d) G. Draudius & Ephraim Prætorius. (e)

Scripta.

Responsio ad questionem de Manducatione Corporis & Sanguinis Christi, quæ fide tantum sit. Helmestadii, 1586. in 8.

Drey Leichpredigten über dem Tod und Begräbnuß Herzog Julii von Braunschweig / 1589. in 4.

Beantwortung eines Send-Brießs von einem Calvinisten/ Bruntrut / 1598 in 4.

Ritter Gottlieb. Bruntrut / 1598. in 4.

Medulla Davidica, Erklärung Teutscher Psalmen D. Martin Luthers' erster und anderer Theil/

(c) Acta Colloq. Quedlinburg. conf. Arnoldi, R. Hist. T. II. L. XVI. c. 17. §. 20.

(d) Diar. Biogr. An. 1624.

(e) Biblioth. Clafs. & Hemilæ.

Heil / Mühlhausen durch Martin Spieß /
An. 1600. fol. Wittenberg / 1602. Wolfen-
büttel / 1625. 4.

Christl. einfältiger Bericht von dem H. Nach-
mahl / von der Majestät Christi / von der H.
Schrift / von der ewigen Gnadenwahl und
etlichen Ceremonien / Wittenberg / Anno 1607.
in 2.

GEORGIUS VOLMARIUS, Eccle- *Nat. 1549.*
sia Hagenoviensis Antistes, Evange- *Cl. 1590.*
licorum secundus, Vaihingæ (a) in Cha- *Ob. 1611.*
ritiniâ natus est, circa An. 1549. Indo-
lis bonitate aliis Superior in Scholis Monasticis &
Seminario Illustri Tubingæ literis & Theologia
studio usque ad eam mentem excoluit, ut jam tum Do-
ctoris titulo, vel gradu, dignus haberetur à Super-
attendentibus. Cum igitur An. 1575. Hageno-
viensis Evangelicarum partium Senatus Ecclesiasten,
qui in locum D. Philippi Heerbrandi d. 16. Febr.
ejusdem Anni ad Superos evocati subrogaretur, ab
Illustrissimo Wirtembergiæ Duce Ludovico, misso
Legato expeteret, eâque de re D. Jacobum Andreæ
primum Civitatis ad doctrinam Evangelii Reforma-
torem compellâset, Consistorium Ducale, Jaco-
bum Steudlinum, Pastorem Schwiberdingensem,
Jacobus Andreæ verò Volmarum commendavit.
Legatus autem, cum utrumque, istum quidem Tu-
bingæ in Stipendio solitâ inter prandium Concione;
illum Stuttgartiæ in Templo perorantem audivisset,
Volmaro album adjecit calculum; qui, ut à D. Ja-
cobo

(A) Brunnius p. 52.

cobo Andreae publicâ commendatione Hagenovien-
sibus sisteretur, supplicibus ad Ducem literis im-
petravit, eoque comite d. 12. Martii, ibi appulit,
alterâ die, quippe Dominicâ, Concione publicâ
commendatus & χειροθεσία solenni ordinatus.
Quæ introductio ex parte Jacobi periculo non caruit,
partim ob viciniam Electoris Palatini erga Andream
malè admodum affecti, unde is per territorium
Badense iter instituit; partim ob Pontificios Hage-
noviæ restantes, & majorem Magistratus partem
constituentes. Peracta tamen est dicto die 13. Mar-
tii feliciter, ringentibus licet Pontificiis, qui parum
à tumultu absfuturi credebantur. Sparso autem in
vulgus rumore Andream proximâ die Jovis denuò
concionaturum, malè contenti se continuère, com-
modiorem fortassis occasionem motûs illam rati.
Enimverò Jacobus postera luce summo manè, præ-
cipuis è Senatu Evangelico per tria milliaria usque ad
Rhenum comitantibus, egressus discrimen evasit.
Interim de Volmari eruditione, modestiâ & dexte-
ritate admodum sibi gratulati Hagenovienſes, decen-
tes Principi Wirtembergico gratias egerunt. Ipse
An. 1577. typo Concordiæ nomen addidit; Cum-
que sexennio elapso jamjam esset revocandus, Audi-
tores repetitis precibus ad Serenissimum Ducem, An.
1581. Scriptis per omnem vitam eum retinuerunt.
Qui Varioꝝ adversariorum, Jesuitarum maximè
astutibus & technis expositus intrepidè tamen Euan-
gelium docuit, usque ad Annum 1611. quo die 15.
Januarii egregius Veritatis Propugnator extinctus
est. Hæc ex autographis Hagenovienſium in Bib-
lioth. Ducali extantibus, sub titulo: Acta Hageno-
vienſia.

vienſia. Scriptorum loco, quæ num à G. Volmaro aliqua extent, ignotum nobis eſſe fatemur, juvat ſubnectere Epistolam ejus ad Præpoſitum Stuttgardianum exaratam, ex quâ ſtatus Eccleſiæ Hagenovienſis Lutherano-Evangelicæ, qualis eo tempore fuerit, editci poteſt.

Epistola M. Georgii Volmari,
Antistitis Hagenovienſis, ad Johan-
nem Magirum, Præp. Stuttgard.
ex ἀντιγραφῇ.

Salutem in Christo Jeſu! Reveren-
diſſime & Clariſſime Vir, Præſul
Digniſſime, Domine & Pater Hono-
randiſſime. Poſtquam intellexi, Eccle-
ſiæ noſtræ primates, qui adhuc ſuper-
ſunt, pauci quippe boni, ad Illuſtriſſi-
mum Wurtembergicum Principem ſup-
plices daturus literas, occaſionem mi-
hi non negligendam duxi, quâ malis
preſſus, in ſinum Sancti Dei hominis
cor effundere, & levius habere poſſem,
modò venia eſſet ſcripto. Tacebo au-
tem domeſtica & privata, inter quæ
cum primis ſunt de filio meo Chriſto-
phoro, qui alioquin ſanus & ad ſtu-
dia perſequenda impiger, tantum pro-
pter levem cutis exterioris affectum re-
curren-

Q

curren-

currentem præteritâ æstate mihi gravis fuit: Sed cum per Dei gratiam sit restitutus & circa Autumnum Tubingam repetierit, hoc quicquid mali fuit, superavi. Publica sunt ad rem Ecclesiasticam pertinentia & verè mala, quæ tam facile devorari nequeunt. Nunquam equidem Ecclesiæ nostræ Status vel fuit, vel potuit esse in medio lutorum tranquillius. Ab eo verò tempore, quo Jesuitæ in urbem admissi & recepti sunt, indies perturbatior esse cepit. Homines enim sunt ad fascinandos & dementandos Superiores, ad circumveniendos & seducendos simplices, ad feminandas lites & contentiones & inducendas omnis generis in populo querelas, mille artifices, nec tales à quocquam describi vel depingi possunt, quales experiuntur ii, qui inter illos vivere necesse habent. Rectè Parisienses Sorbonistæ ante annos quinquaginta & amplius censuerunt, Societatem hanc Jesuitarum novam esse in negotio fidei periculosam, pacis Ecclesiæ perturbativam & magis ad destructionem, quàm ad ædificationem, &c. Eò usque jam rem perduxere, ut vix & ne vix quidem
vel

ve
ro
lic
mi
fin
Re
Pa
re
tur
te
nu
fio
ne
mo
tia
Mi
can
re
da
Du
tur
Mo
qu
me
cu
rei
pri
ide

vel Papam, Papistas aut Papisticos Errores & abusus nominare, saltem publicè liceat, ut hoc modo odiosis nominibus suppressis & sopitis erroribus, simpliciores nihil discrepare inter se Religiones putent, & illam alteram Papisticam propter externum splendorem, ventrem, & alia citius amplectantur. Hinc etiam factum est, cum ante semestrem Collega meus, M. Sebastianus Springerus pro concione & occasione Papistarum hypocrisin, opinione illorum vehementius perstringeret, mox coram Senatu accusatus, sententiam audit, ut à Concionibus & omni Ministerio absteat, Stipendio & suo careat, usque dum coram Imperatore ea, quæ contra Majestatis illius Mandatum pro Concione dixerit, excuset. Dum hoc cum admiratione nostrâ agitur, alter Collegarum M. Philippus Molitor, in gravem incidit morbum, quo ægro omnes Ecclesiastici labores meis humeris incubuere. Ne ergò succumberem brevi, aut homines nostri rei indignitate concitarentur, quem prius officio faciendo interdixere, ad idem redire permisere, sed tantum ad

trimestre, utque inter ea causam in Curia Imperatoris expediat: Ita officium adhuc facit quidem, sed cum tremore & metu periculi, de quo fabricando artifices illos nihil non tentaturos non dubitamus. Non autem temere & præter rationem huic cumprimis periculum intentare voluerunt. Vident me laboribus & senio jamjam confectum, diu ipsis obistere non posse; contra M. Molitorem, qui à Senatu non est vocatus, nec dum in tutelam ejus receptus, facile causam invenient. Hic verò à Senatu vocatus, in hac statione exercitatus, quique Ecclesiæ adhuc diu utilis esse queat, quam minimè ferendus censetur. At verò jactura hæc Ecclesiæ adhuc facilis esset, si modò cum pace & absque discrimine dimitteretur, & ex Senatus permissu alius idoneus substitueretur. Illud demum nos valde anxios & sollicitos tenet, ita ut sortem nostram miseram non possimus non deplorare, & aliorum bonorum consilia & auxilia implorare. Id quod his scriptis ego etiam facere volui, & causam tam Collegæ mei consternati, quam Ecclesiæ admodum afflicte R. T. Digni-

Dig
Pra
spr
pre
fui
eam
dit
ro
tar
& in
Pro
bon
Rel
ann
se S
ad
fui
apu
tas,
re v
dum
ad p
mur
inter
quia
Ab in
nus
sed n

Dignitati humilime commendare. In Profesto Martini, Styli Veteris, Senatus spretis omnibus nostris supplicibus precibus, per Scholarchas Papisticos Jesuitas solenniter in Scholam introduxit, eamque regimini illorum totam tradidit & commendavit : Qui statim postero die lectiones & horas lectionum mutarunt, in omnibus classibus, mutaturi & introducturi multa alia ad adventum Provincialis, adducturi secum multos bonos socios, qui indies expectatur. Reliquus quidem adhuc nobis est M. Joannes Beckerus, Lienzingensis, in Classe Secundâ, qui deducit nostros pueros ad sacros coetus, in quibus officium suum facit cum laude. Sed quod diu apud ejusmodi homines, puto Gesuitas, in eadem Scholâ locum suum habere vel possit, vel velit, divinare nondum possum. Ab impossibili omnes ad preces publicè & privatim convertimur, ut Deus in adjutorium nostrum intendant, & ad adjuvandum nos festinet, quia non alius, qui pro nobis pugnet. Ab iniquis & dolosis nos eruat Dominus fortitudo nostra. Possèm plura, sed non licet ; Valeat R. T. D. feliciter

Q 3

& per-

& perpetim, meque in sinu paternæ
mansuetudinis fovere non desinat. Ite-
rum valeat, Hagenoæ, 9. Decembris,
An. 1607.

R. T. D.

Studiofissimus.

M. Volmar.

Reverendissimo & Clarissimo Viro Do-
mino Joanni Mageiro, Ecclesiæ Stutt-
gardianæ Præsuli Dignissimo, Do-
mino & in Christo Patri suo hono-
randissimo.

Nat. 1549.
Clar. 1590.
Obiit 1617.

NICOLAUS WIELANDUS, Illu-
strissimi Wirtembergiæ Ducis Con-
siliarius, & Abbas Herren-Albensis,
Vaihingæ (a) celebri olim Comitum sede
ortus, circa An. 1549. Sub divinæ Providentiæ nu-
tu literas humaniores & Theologiæ purioris stu-
dium inter Alumnos Stipendii Ducalis ita excoluit,
ut administratis quibusdam minoris subfellii officiis,
ad Marpacensis Ecclesiæ Inspectionem An. 1574.
adspiraverit, ubi & Concordiæ Librum manu suâ
comprobavit. (b) Cumque modò dictam Diocese-
sin per viginti annos dexterrimè rexisset, Præsularis
Officii dignitas in Cœnobio Herren-Albenſi illi in

præ-

(a) *Æ Brunnius l. c. p. 117.*

(b) *Form. Concord.*

præmium Anno 1597. cessit. (c) Connubiali vinculo sese addixerat Henrici Weickersreuteri, Abtis Hirsoviani, filiaz. Mortem oppetiit, d. 3. Maji, An. Chr. 1617.

JOANNES HUZELINUS, Gene. *Nat. 1549.*
 Jralis Superintendens & Abbas Hirlau- *Cl. 1590.*
 gienfis, patriâ Wirtembergicus domo *Ob. 1621.*
 Kirchenfis, circa Annum 1549. vitam incepit. Cursu studiorum absoluto variis in locis Ecclesiæ Dei inserviit, usque ad Annum 1577. quo Blabyrenfis Oppidi Pastor & Vicinarum Ephorus Specialis electus, Formam Concordem subfignavit. Anno 1596. Post Joannis Brentii Junioris Obi- tum, ad Abbatiam Hirlaugienfis Cœnobii euectus, Quadrum Viratum Generalem cum sessione in Ordinum Provincialium secretiore Senatu sibi commissum cum laude obivit, pro Ecclesiæ & Patriæ salute fideliter excubans. An. 1617. utrumque officium Paulo Ruckero, successoris tradidit emeritus. Vir, A. Brunnii testimonio, sanctus, quem inter oſtingentos Theologos ferè solum hoc mæſtat Encomio. (a) Disciplinæ Clauſtralis ſervantiſſimum fuiſſe, ſunt qui de illo etiamnum ex aliorum traditione prædicent. Sanctitatem numeris omnibus abſolutam morte beatâ conſecutus eſt in Cœlis. d. 9. Febr. An. 1621. Fautorem & manuſuctorem ſuum vocat Joh. Val. Andreæ, ſequè illi ſuprema verba dixiſſe memorat in Vitâ ſuâ Manuſcriptâ ad An. 1629. Filium

Q 4

(c) *Nicod. Frischlin. Eleg. Libr. VIII. Eleg. 5.*

(a) *A. Brunnii p. m. 76. Reliquæ e Manuſcriptis hinc inde diſperſis collectæ.*

Illu-
 Con-
 enſis,
 n ſede
 æ nu-
 ſ ſtu-
 coluit,
 officiis,
 1574.
 u ſuâ
 vicece-
 ſularis
 illi in
 præ-

lium genuit cognominem, Johannem, Superatendentem Schorndorffensem, cujus Concio Exequialis, Danieli Schrötlino, Abbati Adelbergenfi, dicta ex Dan. XII. extat.

Nat. 1549. **JOANNES WEININGERUS**, Mar-
Cl. 1599. chionatus Durlacensis in districtu Su-
Ob. 1629. periore Generalis Superintendens, Epho-
 rus Badenwilensis, & Sulzbergenfis Pastor,
 patriâ Wirtembergicus, Tubingæ An. Chr. 1549.
 natus, Patre Michaële, Urbis Consule; Studiis
 propter Ingenii dotes minimè vulgares destinatus, &
 in phrontisteria Monastica, denique in Illustre Sti-
 pendium receptus, eos in Philolophicis fecit progres-
 sus, ut haud rarò lectiones publicas & extraordina-
 rias habere juberetur à Senatu Academio. Præce-
 ptoribus in Theologiâ usus famigeratissimis, D. Jac.
 Andreae, Heerbrando, Theodor. Snepfio, & Joh.
 Brentio; contubernali Ægidio Hunnio, ex cujus
 erudita Conversatione & institutis inter ipsos exerci-
 tationibus privatis, non parum emolumenti tulit (a)
 Ecclesiastico Muneri redditus idoneus An. Chr.
 1575. Diaconia Megalo-Bottwariensi primùm;
 paulò post Parochia Nicro-Weihsingenfi, deinceps
 Wendlingenfi, porrò Wilensi in saltu Schönbuch
 præfuit, simulque in hoc posteriore loco Diocefeos
 Tubingenfis & Bebenhusanæ Inspectionem per
 quinquennium gessit, tantâ cum nominis sui famâ,
 ut ad amplissimâ Ecclesiæ officia, Ulmam, Ratisbo-
 nam, Neoburgum expeteretur, quas tamen officiiis
 Patriæ diu posthabuit. Tandem morbo quodam
 admoni-

(a) *Conc. Fum. pl.*

admonitus, quem Deum ob reculationem istarum functionum immisisse sibi credebat, (b) oblatam à Georgio Friderico, immortalis gloriæ Principe, Marchione Durlacensi, (qui ad solennia Initiationis Baptismatis Stuttgartiam venerat, & ab Illustrissimo Duce Wirtembergico Inspectorem Ecclesiarum suarum Generalem desideraverat,) Spartam amplexus, Rœhtelam è Patriâ se An. 1596. contulit, singulari Marchionis gratiâ exceptus, qui & ipse præsto fuit, cum Weiningerus Cœtui fratrum in Arce Rœtelâ Vispiorum solenni commendatione sisteretur. (c) Rœtelâ Sulzbergam traductus eidem Generalis Superintendentis officio, (& aliquamdiu etiam Aulico Ministerio,) per 33. annos magnâ cum laude usque ad obitum præfuit. Cum uxore Mariâ Salome, Johannis Beerti, Vexilliferi filiâ, quam D. Jacobi Andreæ consilio Anno 1575. duxerat, integrum semiseculum cum decimestri rarissimo planè Exemplo, placidissimè exegit, relictis quinque filiis & tribus filiabus. E filiis major natus, Michaël, Superintendens Susenbergicus; Alter Conradus, Gymnasii Durlacensis Rector, Theol. & Philosophiæ Professor, ultimò Ecclesiarum inferioris Marchionatus Antistes Generalis designatus est. Filix non postremæ dignitatis Viris elocata, Patris felicitatem adauxerunt. Qualem se in tam splendido, neque minus oneroso Munere gesserit, ex Pauli Cherleri, ad eandem Episcopiam adipirantis, indicio patet. (d)

Q5

Erat

(b) Dominus Fecht. in Schediasm. Memor. Gebhardianæ. apud H. Pipping. Triad. Decad. p. m. 1210.

(c) Fecht. Epistol. Theol. Part. VI. p. 767.

(d) Ibid. l. cit.

Erat nempe, ut ille scribit, in Visitatione abs se institutâ ex voluntate Reverendi Magistratus, à quo diplomate instructus publico fuit, satis acris & sedulus, enormium excessuum Inquisitor & Corrector. Sanè ex ore Principis excepta vox est: Hic Vir (Weiningerus scilicet) aliquot repurgationes Ecclesiarum utiliter mecum peregit. Dieser Mann/ hat mir etliche gute Purgationen in der Kirchen verrichten helffen. (e) Dexteritatem, judicium, fidem & industriam ejus pluribus persequitur Parentator. Imperterritus Veritatis Confessor appellatur à Domino D. Fechtio. apud Pipping. p. 1173. Formulæ Concordiæ manum addidit An. 1578. Calamum strinxit adversus Jac. Grygnæum & Aman- dum Polanum, Theologos Calvinianos, Basileæ docentes, quibus tantò magis exosus fuerat, quod venerat ab Academiâ, pertinaci quodam fato Calvinianis dogmatibus inimicâ. Non poterat vel pro suggestu, vel in privatis discursibus meminisse Erroris Calviniani, aut eundem quantumlibet moderatè refellere, quin id ad aures, Grynæi, persuasi, Ecclesias Marchicas ab ejus nutu, perpetuo quondam motu pendere, nec sine ejus arbitrio alieni Principis ministris, loqui licere, delatum offensam paretet. Cum itaque in Oratione quâdam Nuptiali Wilæ, loco quidem ad Dynastiam Rötelanam pertinente, sed vix uno alteroque lapide Basileâ distante An. 1598. habitâ officii sui memor, auditores suos à disseminatis tum noviter in viciniâ erroribus dehortaretur, eamque Orationem Tubingæ typis exscriptam publicaret, Theologi Basileenses ediderunt:

(e) Conc. Funer.

runt: Christliche und treuherzige Warnung
der Pfarrherren und Theologen zu Basel an
die Gemeinde Gottes daselbst / von einer
Schmach. Predigt / so zu Weil in der Herr-
schafft Rötteln / erschienen 1598. Jahrs ge-
halten und hernacher in Druck verfertigt wor-
den. In quâ Viro extra territorium Basileense, in
suggestu Marchico, curæ atque inspectioni ejus par-
ticulariter concredito, ad novorum Conjugum pe-
titionem, ritu Lutherano peroranti objiciunt: Er
grieffe in ein frembd Amt / und unterstehe sich
frembde Gemeinden / die ihme nicht befohlen
sind. Quamobrem Weiningerus huic scripto op-
posuit Apologiam infra recensendam. Ex quo tem-
pore, ut Theologis Basileensibus in suis Ecclesiis
Theologiam Calvinianam; ita in Marchicis Luth-
eranam nostris ministris liberè atque impunè docere
licuit & profiteri. (f) Weiningerus senio & morbo
diuturno confectus diem obiit octuagenario Major,
Jubilæo in servitiis Domini superato d. 28. Aprilis
noctu. An. Chr. 1629. ætatis. 81. Ministerii 54.
Conjugii 50. Ad busta optimi Senis per oravit M.
Johannes Pefelius, Pastor Badenwilensis, ex 2. Tim.
IV. v. 7. 8. &c. Choliambum lugubrem adjecit M. Sa-
muel Glonerus, Poëta Laureatus Cæsareus, qui sic
ἐπιλογίζεται:

- - - - Entbeum hic lapis condit
Verbi Prophetam, Antistitemque Cœlestis.
Terra supremum Marchicæ simul sidus.

Qui

(f) Ecclt. & Pipping p. 1212, 119.

Qui ceu docebat innocentem *Et* purè
 Fidemque culturamque Numinis celsi;
 Sic comprobavit hanc Amore Virtutum
 Et semper integræ modestiâ Vitæ:
 Non ore tantum prædicare, sed casto
 Turbæ præire Solis instar Exemplo:
 Munus docentis arbitratus *Et* finem
 Exemplo *Et* ore profuit gregi junctim,
 Et hinc utrâque condidit manu templum
 Extremum ad usque Spiritum piæ Vitæ.

WEININGER ille: cetera heu! vorat luctus,

Meminit ejus H. Wittenius Diar. Biogr.
 ad A. 1629.

Scripta.

Eine Christl. Hochzeit-Predigt zu Weil bey
 Basel gehalten/ Tübingen/ 1598. in 4.
 Gründlicher und wahrhafter Bericht/ von des
 nen XIV. Calumnien / welche D. Jacobus Gry-
 naus, und D. Amandus Polanus, zu Basel Profes-
 sores, M. Joanni Weininger / Pfarrer und
 General-Superintendenten zu Rötteln / ungüt-
 lich angedichtet und beziehen / als habe er
 ein ganz Ehrwürdig Ministerium zu Basel in
 einer Predigt zu Weil gehalten / schmähtlich
 angefaßt / und ihnen greuliche erschreckli-
 che Irthümme fälschlichen zugeleget; würd
 darinnen gehandelt von der Gnaden-Wahl/
 von der Versohn Christi / und des HErrn
 Abendmahl / Tübingen / bey G. Gruppenbach.
 An. 1600. in 4.

Leich-

Leichpredigt bey der Leichbegängnuß Herrn
Nicolai Henningers Pfarrers zu Haltingen/
auß Dan. XII. 48. An. 1600. in 4.

ÆGIIDIUS HUNNIUS, Theolo- *Nat. 1550.*
giæ Doctor & Professor Publicus *Cl. 1590.*
in Academiâ Wirtembergensi, Ecclesiæ simul *Ob. 1603.*
Pastor & Superintendens, Winendæ, Wir-
tembergici Ducatus Oppido, nobilitatem & famam
attulit natavitate suâ d. 21. Decembr. Anni Jubilei
1550. in lucem editus, Parentibus illiteratis quidem,
sed tamen honestis, nec sine luculento futuræ ma-
gnitudinis præfagio. Mater quippe uterum gestans
sibi in somnio videbatur sedere in templo, & manu
dextrâ quidpiam humo attollere simile culmo stramineo;
Idque cum teneret inter anteriores digitos cepit ita crescere,
mater autem sub mole sic angî, sic laborare & afflictiari, ac si penitus esset succubitura,
dumque jam videretur actum & planè se putaret interituram
sub onere, derepente idem vidit in templi columnam versum,
ac se onere liberatam. (a) Somnium illud divinitus immis-
sum eventus comprobavit. Commoti enim eâ visione parentes,
Ægidium, ut primum per ætatem fieri potuit, Scholæ patriæ
& studiis adhibuerunt; ubi, cum prima literarum & pietatis
fundamenta jecisset, in Cœnobium Adelbergense illo tempore
florens, An. 1563 & biennio post in Maulbronnense receptus,
primam Philosophiæ lauream An. 1565 Tubingæ accepit, quam
& elapso semestri plenè adiit, artium deinde Magister

(a) *Sal. Gessner, in Conc. Fim. & Caroli Memorab. T. I, P. 53.*

ster An. 1567. ætatis 17. summâ cum laude renuntiatus. Inde ad studium Theologicum animum appulit sub Præceptoribus Jac. Andrea, Jac. Heerbrando, Theod. Snepfio & Joanne Brentio. A Principe autem Wirtembergico propter ingenii excellentiam & eximios profectus Diaconia Tubingensi An. 1574. ætatis 24. præfectus est. Quâ per biennium administrata An. 1576. Marpurgum ad Professionem Theologiae, commendante illum Jac. Heerbrando, cui dona Viri apprimè fuerunt perspecta, evocatus est. Desideraverant nempe Landgravii Hassiæ, ut Serenissimus Wirtembergiæ Dux ad institutionem Academiae Marpurgensis Theologum celebrem, nominatim J. Heerbrandum, ipsis concederet. Heerbrandus verò per ætatem jam proveciorem sese excusans, Hunnium sui loco substituit, secutus in eo, ut ipse scribit, exemplum inclyti Viri Johannis Reuchlini, seu Capnionis, qui cum ab Electore Saxonie, Friderico, ad Professionem Græcæ Linguae in Academia Witebergensi recens fundatæ obeundam expeteretur, senectutem causatus vocationem modestè recusavit, & Philippum Melanchthonem, admodum juvenem, Electori commendavit, affirmans: Eum non solum alterum fore Reuchlinum, sed & longè superiorem. Idem Heerbrandus distabat de Hunnio, nec fefellit augurium. (b) Hunnius enim An. 1576. d. 16. Julii, æt. 26. in Academia Tubingensi cum sodali & Concive suo, Polycarpo Lysero, Theologiae Doctor creatus, Marpurgentem Academiam sedecennii spatio, quam maximè illustravit, editis ibidem scriptis

(b) *Salom. Gesner. loc. cit.*

scrip
qua
mi
Cae
ma
lect
An
nor
reni
tate
gan
prin
rii
tem
inter
Hee
Præ
quo
ben
Stue
der
Adv
tibu
tem
num
mis
mün
verè
Hun
nor
Sch

scriptis egregiis; de personâ Christi, Explicatione
quarundam Epistolarum Pauli & Johannis; Ho-
millis in Prophetas minores, Postillâ Evangelicâ,
Catechismo & aliis lucubrationibus exarsciatis. Fa-
ma igitur de eo longè latèque diffusâ, Saxonici E-
lectoratus Administrator Wilhelmus, Hunnium
Anno 1592. ad repurgandam à Crypto-Calvinia-
norum fermento Academiam Witebergensem, à Se-
renissimo Principe Wirtembergico non sine difficul-
tate & singulari labore obtinuit. Itaque Witeber-
gam venit vocatus, ubi mox Professor Theologiæ
primarius, Templi Arcis Præpositus & Consisto-
rii Ecclesiastici Assessor declaratus est. Anno au-
tem 1595. Pastor & Ecclesiæ Witebergensis Super-
intendens constitutus, tandem post obitum Jac.
Heerbrandi in patriam revocatus, Cancellariatus &
Præposituræ Tubingensis Officio destinabatur. De
quo, ut literæ illius in Patriam scriptæ testari perhi-
bentur, magnopere lætatus, prædium suum, quod
Stuttgardiam & Tubingam interjacet, & etiamnum,
der Hunnshoff / appellari solet, usque ad suum
Adventum instaurari per amicos curavit. Certan-
tibus autem de Viro, Principibus Saxonix & Wir-
tembergix, saltem in unum adhuc vel alterum an-
num, ut in Saxoniam remaneret, Elector instantissi-
mis literis impetravit, (c) quam veniam & ipse de-
mum Ægidius exorare consultum duxit. (c) Deus
verò litem paulò post diremit omnem. Uxorem
Hunnium assumpsit, An. 1576. d. 10. Januarii, Eleo-
noram, Johannis Felderi, Ducalis Præfecti in
Schönbuch, filiam, ex quâ octo liberos suscepit. An-

no

(c) *Ibid. conf. Fecht. Epistol. Theol. P. VII. p. 791.*

no 1577. d. 23. Februarii, Ludovicum, qui post assumptum Magisterii gradum, An. 1596. d. 3. Septembris ætatis 19. obiit, spemque Patris de se optimam, quod ad hanc vitam attinet, fefellit; An. 1579. d. 3. Septembris nata illi est Sabina filia ex quâ generum nactus est Helvicum Garthium, Theol. celeberrim. Anno 81. d. 17. Martii, Ulricus, Juris-Consultus, qui ad Religionem Pontificiam defecit. An. 1585. d. 11. Julii, Nicolaus, postmodum ex Professore Witebergensi Superintendens Lubecensis. Eleonora An. 1588. d. 10. Martii, Margareta Anno 1590. d. 30. Augusti: denique post hos omnes Witebergæ An. 1594. d. 19. Martii Ægidius, ex Superintendente Sangerhusano Ducatus Altenburgii Inspector Generalis. Cæterum Hunnius juxta Johannis Schmidii, (d) celebris Argentoratensium Theologi effatum, omnium consensu meritò tertium à Luthero locum obtinuit, custos, vindex, propugnator coelestis Veritatis contra quosvis adversarios, dum vixit, acerrimus. Theologus, cujus commemorato nomine (verba sunt Quenstedii, (e) perfectæ Theologiæ consummatio audientis animo oboritur. Vir egregiè doctus, disputator acutus, S. Scripturæ explanator egregius, & fidus purioris doctrinæ Christianæ Hyperaspistes adversus Jesuitas, Sacramentarios Flacianos, & inanes Huberi *Φλυαγίας*. Confecto quippe feliciter An. 1592. reformationis in Academiâ Witebergensi opere, & repurgatis etiam ipsius operâ, Friderici IV. Lignicensium Ducis jussu in Silesiâ Ecclesiis, ejectoque qui

(d) *Memor VVegelein. apud VVitten. p. m. 934.*

(e) *De Patriis Viror. illustr. p. 66.*

qui de Calvinismo suspectus erat, Leonhardo Krenzhemio, Superintendente, varia deinceps subiit certamina; Inprimis cum Samuele Hubero, Bernate, qui Derindingâ Witebergam ad Professoris Theologi Munus pervenerat, & Universalitatem Electionis propugnabat, quæ controversia ab anno 1593. usque ad annum 1595. Witebergæ, & deinceps per complures annos duravit; in quâ Hunnius animum prorsus candidum & pium erga Huberum ostendit, quem diversis Epistolis charitate Christianâ plenâ de mutandâ sententiâ fideliter admonuit. Eam concertationem alia excepit, cum Theologis Anhaltinis de Adiaphoris, & cum Davide Pareo. Omnium autem gloriosissime disputavit noster cum Pontificiis, in Colloquio Ratisbonensi Anno 1601. Cum enim Jesuitæ sæpissimè ad Colloquium provocarent, Hunnius d. 10. Julii, hoc ipso anno disputationem publicam proposuit ad quæstiones discutiendas: an & quomodo, quibusve conditionibus ejusmodi Colloquium inire æquum atque integrum esset? factâ demùm declaratione: Nostrates lucem & congressum non defugere, sed paratos esse de quibuslibet Articulis legitimam inire disquisitionem. Instituto igitur, mense undecimo, circa finem anni Colloquio, strenuum Dei Athletam & Confessorem Veritatis intrepidum Hunnius præstitit. Romanum enim Pontificem coram toto Conssessu, ipso Maximiliano Baviaræ Duce præsentem, Anti-Christum pronunciavit. Jesuitam vero Tannerum ferocius se efferentem & universa, quæ in Scripturis, etiam Apocryphis, extant, ut articulos fidei, creditu necessaria esse, asserentem, datâ de To-

R

bigæ

bia Cane caudam movente instantiâ, coram toto Orbe erudito confudit, tamen Infusus Esavita absurdissimum effatum in Opere Scholastico à se in lucem edito denuò repetitum, defendere non dubitavit, (f) piosque Hunnii manes fannis & sarcasmis laceffere sustinuerit. E scriptis Viri potissimum eminere judicatur Libellus de Majestate Scripturæ, quem aureum & si quid pretiosius, appellavit D. Joh. Meissnerus. (g) Florido maxime stylo & elegante (quem tamen in neminem filiorum suorum derivavit) conscriptum, rectèque operum omnium illius primo loco positum censet, D. Seeligmannus. (h) Sed & perspicuitatem in ejus lucubrationibus omnes agnoscunt. Unde Waltheri dictum de illo: Quod est Zabarella in Philosophia, id Hunnius est in Theologia, prolixus sed facilis intellectu. (i) Notum etiam Saxonum de tribus Suevis synchronis judicium, quo Polycarpum Lylerum formosissimum, Georgium Mylium, Augustanum, eloquentissimum, Hunnium verò doctissimum appellarunt. (k) Plura Elogia præsertim recentiorum, qui Ægidium laudant, velut astra minora Solem, aut Lunam, coacervare super sedemus. Gerhardus certè illum recentioribus Theologis omnibus præferendum judicabat. (l) Tot igitur tantaque Viri dona præstantissimorum passim ingeniorum confluxum Academiæ Witebergenſi ejus ætate attulerunt. Sanè inter discipulos

(f) Vid. J. A. Osiander Theol. Acroam. Disp. III. p. 48.

(g) In Dissert. de Sepultura Maria S. 8. Sect. 2.

(h) Orat. de Divin. Scriptur. p. 4.

(i) Vid. Serpilius in Epitaph. Sueborum p. 37.

(k) VV ilh. Stratemann in Theatr. Hist.

(l) Rönigs Biblioth. p. 418.

los H
Zeam
Itineri
aliis e
vatæ l
hanne
Hunn
illorun
respon
ille der
fet, fa
est D
werus
valdè
tute,
phia,
in Mo
quos I
retibus
Adelb
variis
peccat
mo sp
subita
Quia
fugger
minisse
dissim
ctu in
cordia
erigere

(m)

los Hunnii fuere Theologi nominatissimi, Georgius Zeamannus, in cujus amorem adeò pronus erat, ut Itineris Comitem ad Colloquium Ratisbonensè præ aliis eligeret; Johannes Meelführer, quem privata liberorum suorum informationi præfecit; Johannes Himmeli; Johannes Schröderus, qui Hunnio aliquando conquestus: Se dicta Scripturæ illorumque citationes memoriâ retinere non posse, responsum tulit: Domine Magister: Est gravis ille defectus. Id cum Suevicâ dialecto pronunciasset, sannis & scommatibus quorundam exagitatus est. Denique Balthasar Menzerus, & Albertus Græwerus primo loco nominandus, domesticus ejus valdè dilectus. (m) Pietatem Hunnii adhuc in juventute, divina mirè probavit roboravitque hodosophia, gravissimâ quidem tentatione. Inciderat ille in Monasteriis in commilitones corruptissimos, per quos Diabolus ei vehementer insidiatus est, ut suis rebus eum implicaret. Accidit autem aliquando Adelbergæ, cum scholares unâ considerent, & de variis rebus colloquerentur, ut quispiam diceret de peccato in Spiritum S. esse id irremissibile; Hic sermo spiculum lethiferum ei infixit, ut horribilis & subita tentatio animum illius fortissimè percelleret. Quia enim latebat ipsum definitio hujus peccati, suggerebat Satanas: Quod si tu tale peccatum commisisses? Hoc ipsum coram Condiscipulis planè dissimulans ibat cubitum, supra modum tristis, noctu in lecto orabat, flebat, implorabat Dei misericordiam, petebat, ut se solidâ & idoneâ consolatione erigeret. Vix tandem obdormiscens manè surgit

R 2

ad

(m) Confer. P. Freh, Theatr. in Vitis Vir, adductorum.

ad preces consuetas, adhuc valde tristis. Postea cum horâ sextâ matutinâ lectio frequentanda esset, occupat locum suum & invenit, in ipso vestibulo loci super mensam Margaritam Theol. Joh. Spangenbergii & quidem librum apertum, ad cujus primum conspectum se illi offert quæstio de peccato in Spir. S. & subjuncta Responsio ex Augustino. Cujus lectio loci illum efficacissimè consolabatur. Hæc de illius tentatione ex ipsius relatu commemorat Hutterus. (m)

Morbo correptus ultimo, fertur præfatio quodam divinitus suggesto dixisse: Quia cursum Epistolarum Paulinarum pro lectionibus publicis absolvisset cum valedictoriâ D. Apostoli Concionibus hebdomadariis explicata, sibi omnino videri, tempus adesse valedictionis propriæ, quod eventus comprobatum dedit. (n) Calculi namque doloribus ipsi familiaribus fractus, cum ventriculi præsertim accessisset inflammatio, adeò quidem ut nec alimenti, nec medicamenti quicquam posset ingerere; Repetitâ solenni coram testibus Confessione: Se doctrinæ suæ rationem ad Christi tribunal intrepidè redditurum. Spiritum inter preces Deo reddidit, 4. Aprilis, An. 1603. ætat. 53. Ministerii 29. Utrum inter eos, qui intemperie studiorum mortem sibi accelerarunt, referendus sit, ut G. Bœtnerus censet, suo loco relinquimus. Vitam & obitum ejus solenni Threnologiâ descripsit Leonhardus Hutterus D. & Successor in officio Professoris Theol. (o) Et D. Salomon

(m) *Threnolog. in Hunnii Obitum, ab initi:*

(n) *Job, Kisting, in der Christl. Sterb Kunst.*

(o) *Apud Melch, Adami Vit, Theol.*

lomon
7. 8. C
Lugur

Tubing
Sol
Pulpit
Aug
Wirt
Nor
Hoc A
Cur
Sed m
Nor
Hunnii
Fulg

In T

A
nos
fiæ h
perin
pultu
die X

Iomon Gesnerus, Collega, habitâ ex 2. Tim. IV, 6.
7. 8. Concione Funebri, cui sequens Epigramma
Lugubre præfixit:

*Tubinga ÆGIDIO HUNNO doctore brabeion
Solvit, ut Hassorum est fida columna Scholæ.
Pulpita Leucoræ plusquam duo lustra Cathedræ
Audivere, animi scripta loquuntur opes.
Wirtembergæ vocat, retinet Witebergæ vocatum:
Nominat illa suum; prædicat ista suum;
Hoc Academiam Ducis utriusque suam vult
Cura decennalis nobilitare VIRO.
Sed medium se infert Deus Arbiter & tuus, inquit
Non est, nec tuus est Hunnius est & erit.
Hunnius est & erit meus inter sidera sero
Fulgeat auricoma: & tradidit aureolam.*

Epitaphium.

In Templo Witeberg. oppidano hæc
verbis reperitur.

ÆGIDII HUNNI SS. Theol. D. &
in Academiis Marburg. per An-
nos XVI. Witeb. XI. Professoris, Eccle-
siæ hujus Pastoris & in Elect. Saxon. Su-
perintend. Corpus sub hoc Tumulo Se-
pultum est, qui natus An. Christi MDL.
die XXI. Dec. die IV. Aprilis, MDCIII.

R 3

obdor-

obdormivit cum vixisset Annos LII.
Menses III, Dies XIV.

Quod, ut & Effigiem Viri exhibet P. Freherus.
Theatr. III. Vir p 31. De Scriptis consulantur
Bibliothecæ, cumprimis Ephr. Prætori,
G Draudii, & H. Witten Diar. Biograph. ad
An 1603. qui Tract. de Exorcismo abrogando
inter ejus scripta perperam recenlet. Nec
enim ea mens erat Hunnio, ut Ecclesias Saxo-
nicas vel turbare, vel calumniari voluerit, cum
ad restorationem illarum natus & Divinitus
vocatus fuerit; uti rectissime judicat D. Kro-
majerus. (p)

Scripta.

OMnia quæ Latine extant, quinque Tomis compre-
hensa, studio & operâ Helvici Garthii, Generi
ejus, Theol D prodierunt Witebergæ, Typis M.
Georgii Mülleri, Impensis Joh Jac Porſii, Bib-
liopolæ Francof. ad Mœnum. Annis 1607. 1608.
1609 in folio.

Commentarios ejus in Epistolas Pauli & Evangelia
Matthæi & Johannis nuperrimè cum B. Winckel-
manni & Arcularii Commentar. in Marcum, Lu-
cam & Acta Apostolorum edidit D. J. H. Feuskin-
gius, Theol Doctor Servest- Anhaltinus; sub ti-
tulis sequentibus:

Thesaurus Epistolicus D. Ægidii Hunnii Witebergæ.
An 1705. in fol.

Thesaurus Evangelicus. Witebergæ, 1706. fol.*

Nos

(p) Theol. Pos. Art. Art. XVI. ib. 19 p. 678.

* Conf. Unschuld. Nachricht. ad An. 1707. p. m. 437.

Nos Scripta in Tomis V. citatis extantia recensimus cum Germanicis sub finem adjectis.

Polemica, Tom. I. comprehensa.

Tractatus de SS. Majestate, fide, autoritate & certitudine S. Scripturae Propheticae & Apostolicae Veteris & Novi Testamenti, 1588. 1590. Lubeca, 1592. Itidem Germanicè 1596. 8.

Hunc adversus Atheos & Contemptores Scripturae commendavit & P. Huetii Demonstrationibus Evangelicis longe prae tulit, D. Velsius in Praef. edit. Nov.

Articulus de SS. Trinitate per quaestiones & Responsiones solide pertractatus & contra quasvis Hereticorum Veterum & Recentiorum strophas & corruptelas firmissimè munitus, Francofurti, 1589. 1590. 1596. Witebergæ, 1607 in 8.

Libelli IV. de Personâ Christi, ejusque ad dextram Dei sedentis divinâ Majestate, quorum primus doctrinae sanae Confirmationem & contrariae elenchum continet. Secundus Antiquitatis Consensum. Tertius Lutheri sententiam invariataam continet. Quartus invictam demonstrationem habet nostras Ecclesias asserendo Majestatem filii hominis ab Aug. Conf. nihil quicquam recedere. Ursellis, 1585. Francof. 1585. 1590 1592. 1595. 8. Witeb. 1612. 8.

ASSERTIO Sanae & orthodoxae doctrinae de Personâ & Majestate Christi contra Pezelium Francof. 1592. Lubeca, 1594. 8.

Articulus de Personâ Christi & Unione Hypostatica, Communicatione Idiomatum & Majestate Christi hominis, Witebergæ, 1603. 8.

Articulus sive Tractatus de Peccato, Witebergæ, 1607, in 8.

Articulus de Libero Arbitrio per quæstiones & responsiones propositus, Witebergæ, 1605. 8.

Articulus de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, Francofurti, 1590. 8. Witebergæ, 1608. 8.

Articulus de Providentiâ Dei & æternâ Prædestinatione, contra Tossanum & Samuelem Huberum, Francofurti, 1596. 1603. Witebergæ, 1605. in 8.

Articuli de Lege & Evangelio ex Scripturâ S. fundamentis extructi, Witebergæ, 1607. 8.

Articulus de Sacramentis Veteris & Novi Testamenti præcipuè de Baptismo & Cæna Domini per quæstiones & responsiones solidissimè pertractatus, Francofurti, 1590. 1595. 8.

De Ecclesia vera & ejus Capite Christo. Itemque de Ecclesia Romanâ & ejus Capite, Pontifice Romano.

Tractatus de Indulgentiis & Jubileo Romani Pontificis.

Polemica, quæ Tomo II. continentur.

EXamen & Refutatio Assertionum Jesuiticarum Laurentii Arthuri de Ordinatione & Vocatione Ministrorum Evangelicæ Ecclesiæ, Francofurti, in 4.

Refutatio primæ Controversiæ Generalis Tom. I. Roberti Bellarmini de Scripto Verbo Dei & Traditionibus, Witebergæ, 1601. in 4.

Tractatus de Indulgentiis & Jubileo Romani Pontificis duobus libris Rob. Bellarm. oppositus, Francofurti, 1601, 1604. 8.

Relatio

Relatio Historica de habito An 1601. Ratisbonæ Colloquio inter Augustanæ Confessionis Theologos & Pontificios.

Notationes ad Epistolam cujusdam Anonymi Pontificii Narratoris, quæ solatur Amicum Augustanum lugentem sortem Jesuitarum, ob rem infeliciter ab illis Ratisbonæ gestam.

An-Titanmerus, h. e. Scriptum Apologeticum adversus Relationem Compendiariam Adami Tanneri, Jesuitæ Monacensis.

Examen Præfationis, quam Bavarici Collocutores Protocollo Monachii recuso, auctiorem præfigendam esse putârunt.

Calvinus Judaizans.

Anti-Paræus uterq; de Calvino Judaizante, primâ Vice editus, Francof. 1599. 8. & 1594.

Controversiæ inter Theologos Witebergenses de Regeneratione & Electione dilucida Explicatio Ægidii Hunnii, Polycarpi Lyseri & Salomonis Gesneri, cum refutatione Argumentorum, quæ Samuel Huberus pro Assertionem suæ Opinionis hætenus in medium attulit, Witebergæ, 1594. 4.

Exegetica, Tom. III. continentur.

Commentarius in Evangelium S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, antea Francofurti, 1594. in 8.

Commentarius in Evangelium B. Johannis Apostoli & Evangelistæ, antea seorsim excusus, Francof. Anno 1586. in 8.

Methodus Concionandi.

Epitome Biblica.

Prælectiones in XXI. Cap. Geneseos.

R 5

Exege-

Exegetica, Tom. IV.

Commentarius in Epistolam ad Romanos, seorsim
 Francos. ad Mœnum, 1587. 8.

Com. in Epistolam Priorem ad Corinthios, It. Francos.
 1596. 8.

In Epistolam Posteriolem ad Corinthios.

In Epistolam D. Pauli ad Galatas, antea Tübingæ, An.
 1606. 8.

In Epistolam ad Ephesios.

In Epistolam ad Philipenses.

In Epistolam ad Colossenses.

In Epistolam Priorem ad Thessalonicenses.

In Posteriolem ad Thessalonicenses, antea Francofur-
 ti, 1596. in 8.

In Epistolam priorem ad Timotheum.

In Epistolam ad Titum.

In Epistolam ad Philemonem.

Comment. in Epistolam Canonicam B. Jobannis, Fran-
 cos. An. 1594. 8.

Commentar. in Epistolam ad Hebræos, antea Francos.
 1589. in 8.

Tom. V. continentur.

Disputationes LXVII.

Orationes VI.

Comœdia tres.

Disputationes.

De Sacra Scripturâ Canonicâ, & quidem de libris Ca-
 nonicis & Apocryphis, 1601. 4. Witebergæ.

Qua

Disp. quâ probatur Calvinianos non esse sinceros Aug.

Conf. Amicos.

De Augustanâ Confessione.

De Dei Essentia.

De Deo Vero, Uno & Trino contra Anti-Trinitarios.

De Deo Uno & Trino.

De Ordine Personarum Trinitatis & æternâ filii Deitatis

De Spiritus S. Hypostaticâ proprietate, æternâque Deitate.

De Deitate Spiritus S. ejusque à Patre Filioque processione.

De Messia contra Judæos.

De Personâ Christi.

De Eâdem.

De Unionem Hypostaticâ duxrum Naturarum in Christo.

De Officio Christi.

De Gloriosa Resurrectione Domini nostri Jesu Christi.

De Regno Christi.

De Angelis bonis & malis.

De imagine Dei in primo Homine & subsequuta corruptione.

De Lapso Primorum nostrorum Parentum, Adæ & Evæ.

De Peccato Originis.

De Peccatis Actualibus & Peccato in Spiritum S.

De Providentiâ Dei.

De Eâdem.

De Prædestinatione.

De Electione seu Prædestinatione filiorum Dei ad salutem.

De

Disp. de Electione, seu ad Vitam eternam Prædeterminatione, cum subiecta Huberianæ sententiæ, de Electione Universali, Justificatione, Regeneratione hypocritarum per Baptismum refutatione.

De Prædeterminatione & Reprobatione.

De Satisfactione Christi pro omnibus singulorum hominum totius Mundi peccatis.

Utrum Renati possint excidere Gratia Dei?

De Libero Arbitrio, 1.

De Libero Arbitrio, 2.

De discrimine Veteris & Novi Testamenti.

De Justificatione Hominis Peccatoris coram Deo, 1.

De Justificatione, 2.

De Justificatione, 3.

De Bonis Operibus.

De Baptismo, 1.

De Baptismo ex Nono Articulo Aug. Confess. 2.

De Baptismo, 3.

Qui Baptismus, à quibus personis collatus, pro vero Baptismo habendus sit?

De Fide Parvulorum Infantum.

De Cæna Domini, Prima.

De Eadem, Altera.

De Cæna Domini, contra Dan. Tossanum.

De Persona Christi.

De Baptismo

De Prædeterminatione Salvandorum & infidelium reprobatione.

De Ecclesiâ ex Septimo Articulo August. Confess.

De Ecclesiâ Propositiones.

De Vera Catholica Ecclesiâ agnoscenda.

De

- Disq. de malis & Hypocritis Ecclesie admixtis.
De Ministerio Verbi & Sacramentorum.
De duobus Anti - Christis primariis, eorumque fatali incremento, tyrannide & occasu.
De Anti-Christo Magno, Altera.
An Romanus Pontifex sit Apostoli Petri verus successor?
De Vitæ humane Termino.
De Statu Animarum post hanc Vitam.
De Vita Æterna.
De Invocatione Sanctorum Defunctorum & Beatorum Angelorum: nec non Imaginum cultu.
De Purgatorio Pontificiorum.
De Magistratu Civili & Civium erga illum Officio.
Σύνοψις Epistolæ Paulinæ prioris ad Thessalonicenses.
Marpurgi 1591. 4.
Contra Anabaptistarum Errores XXX.
De Sacra Scriptura Canonica contra Pontificios.
De Unione Personali Duarum Naturarum in Christo & Communicatione Idiomatum.
De Colloquio cum Pontificiis ineundo.
Labyrinthus Papisticus, s. Disputatio de Papatu semetipsum contradictionibus implicante, Mülbushii, 1602. in 8. Witebergæ, 1602. 1604. 4.

Orationes.

- O Ratio de Certaminibus, Victoriis & Triumphis Christi in Conventu Theologorum Superioris Hassiæ, Marpurgi 29. Maji, anno Domini 1577. celebrato habita.
De Michaële Archangelo & Angelis.
Oratio Complectens Locos præcipuos ex priori Pauli ad Corinthios Epistolâ observandos, ejusque insignes utilitates.

litates in aſtruendis Articulis fidei Chriſtiana ob oculos ponens.

De Vita & Morte Chriſti niſſimæ Principis ac Dominae D. Sabinae, Illuſtriſſimi Haſſiæ Landgravii Guilielmi Conjugis, &c. Habita Marpurgi, An. 1581. die 29. Auguſti.

De Vita & Morte Illuſtriſſimæ Principis ac Dominae, Dominae Hedwigis, clementiſſimi Haſſorum Landgravii, Ludovici, dilectæ Conjugis, beatæ recordationis, Scripta & recitata publice 22. die Martii, An. 1590.

Oratio habita in Seculari Feſto Natalitio Academiae Wittebergenſis, cum centeſimum à prima fundatione compleviſſet annum. 18. die Octobris An. 1602. De beneficiis Dei in eam Scholam collatis.

Comœdiæ.

Joſephus, ſeu Comœdia prior Hiſtoriam Joſephi à Moſe deſcriptam uſque ad exaltationem ejus ad dominium Egypti exhibens, Marpurgi, An. 1584.

Comœdia Poſterior ea continet, quæ ab annis fertilitatis geſta ſunt uſque ad deſcenſum paternæ familiæ in Egyptum, & mutuam letamque agnitionem Jacobi Patris, & Joſephi filii, Ibid.

Ruth, Comœdia Nova & Sacra Marpurgi, 1586.

Seorſim extant adhuc,

Diſputatio de Omni-Præſentia Chriſti hominis in Gubernatione omnium Creaturarum, Stuttgardia, 1618. 4. antea ut exiſtimo Tubingæ.

Oratio, qua penitus exutitur & tractatur Κεῖνητος certitudinis Hiſtoriæ Biblicæ ex variis atque valde memora-

memorabilibus profanorum etiam scriptorum atque
Gentilium testimoniis, Francofurti, 1587. 4.

Supposititia.

THeses de abrogando Exorcismo quas paulò ante dis-
cessum conscripsisse dicitur, Erfordiae, 1603. 1606.
in 4.

Deutsche Streit-Schriften.

Contra Calvinianos.

Gründlicher Bericht von den Altaren: Ob
dieselbige heutiges Tages in den Refor-
mirten Kirchen sollen abgeschafft werden/
Ursel. 1584. in 4. Rostock / bey Joh. Hal-
lerdord/ 1619. in 12.

Beweis/ daß die Calvinisten der wahren Aug-
spurgischen Confession, An. 1530. Keyser Caro-
lo V. übergeben/ niemahls zugethan gewesen.
Alles Historischer Weise auß den Actis selb-
sten und beederseits Schriften und Be-
kannthüssen klärlich erwiesen und darge-
than / Franckfurt bey Porzio, 1595. Leipzig/
bey Ellingern/ 1622. in 4.

Erinnerung wider die im Reichs-Tag 1594. zu
Regensburg aufgegangene vermeynnte Ge-
gen: Beroeifung etlicher Heydelbergischen
Theologen samt angehenkten 121. Schluß-
Reden/ Franckfurt/ 1595. in 4.

Widerlegung des Calvinischen Büchleins / so
wider die Visitation der Kirchen und Schulen
im Churfürstenthum Sachsen verfaßte vier
Artis

Artickul aufgesprengt worden / Wittenberg / 1593. 8.

Calvinus Judaizans, das ist / Jüdische Glossen und Verkehrungen / mit welchen Johannes Calvinus, die allertrefflichsten Sprüche H. Schrift verfälschet / samt angeheffter Widerlegung / Franckfurt bey Porzio, in 4. Anno 1595. 8.

Anti-Pareus Latino-Germanicus, de Calvino Judaizante, Francofurt. 1599. in 8.

Widerlegung des unwahrhafften Berichts etlicher Calvinischen Prediger zu Embden von dem Streit des Abendmahls / Franckfurt / 1596. Wittenberg / 1597. in 8.

Außführlicher Bericht von der Visitation der Kirchen und Schulen im Herzogthum Lignitz in Schlesiens / Leipzig / 1614. in 4.

Apologia und Verantwortung seines Buchs / Assertio sana doctrina de Persona & Majestate Christi vor 19. Jahren gestellt / Gießen / 1611. in 4.

Contra Sam. Huberum,

Widerlegung der Vorrede D. Samuel Hubers / welche Er seiner wider D. Joh. Pistorii, sieben Teufel verfertigten Antwort vorgefeket / und darinnen der Wittenbergischen Theologen Lehre verleumbdet / Franckfurt / in 4.

Contra Hoffmannum.

Widerlegung der ungegründeten Auflage / damit D. Daniel Hoffmann mit großem Tro.

Grolocken der Calvinisten / D. Hunnium, und andere reine Lehrer in etlichen Glaubens-Artickeln falscher Lehr beschuldiget / gestellt durch D. Hunnium Frankfurt in 4.

Verantwortung des Concordi-Buchs Wider- truck wider Daniel Hoffmann / Frankfurt/ 1597. in 4.

Contra Pontificios.

Catholische Christl. Abfertigung der Un- Ca- tholischen Schluß Neben D. Joh. Pistorii Nid- dani, von der Rechtfertigung des Menschen für Ott/ Wittenberg/ 1595. in 4.

Historischer Bericht von dem jüngst- gehaltenen Regenspurgischen Colloquio, Magdeburg bey Joh. Francken/und Tübingen bey Grups penbach/ 1602. in 4.

Contra Flacianos.

Gründliche und richtige Erklärung / von der Erb. Sünde / darinnen der Unterscheid zwischen der verderbten Menschlichen Natur und der Erb. Sünde selbst / auß dem Heil. Worte Gottes / und D. Martini Lutheri Schriften erwiesen und bestätigt / herge- gen aber M. Cyriaci Spangenberg's und sei- nes Anhangs Irthum samt derselben ver- meyneten Einreden widerleget werden/ Mar- purg/ 1584. 1594. in 4.

Gründliche Abfertigung des unwahrhafften kurtzen Gegen- Berichts M. Cyriaci Span- genberg's / wie auch des Büchleins welches
S Er

Er unter dem Nahmen *Candidi Sylvestri* in
öffentl. Druck wider die Erklärung *D. Hun-*
nii von der Erb. Sünde außgespraget/
Grancffurt/ 1586. 4.

Homiletica.

Evangeliën und Epistel. Postill/ Wittenberg/
1596. Magdeburg/ 1602. Grancffurt/ 1620.
in fol.

Auslegung des Catechismi samt der Hauß-
Tafel in Predigten / Magdeburg / 1586.
Wittenberg/ 1596. Grancffurt/ 1605. in 4.
und 8.

Auslegung über die ersten XXI. Capitel des er-
sten Buch Mosi/ in Frag und Antwort ge-
setzet/ Marpurg/ 1590. in 8.

Christl. Predigten über sechs Propheten/ nem-
lich / Daniel / in 44. Obadias/ 3. Jonas/ 9.
Micha/ 20. Haggai/ 5. und Malachias/ 6.
Marpurg / 1590. Grancffurt bey Porzio,
1613. in 4.

Siebenzehen Predigten über die Klag. Lieder
Jeremia/ Grancffurt/ 1600. 4.

Christliche Predigt von dem Evangelischen
Christlichen Jubel. Fest / als die Universität
Wittenberg/ das hundertte Jahr / nach er-
ster Foundation erreichte / über den 48. Psal-
men/ Wittenberg/ 1602. in 4.

Acht und dreyßig Leicht - Predigten zu Mar-
purg gehalten/ Wittenberg/ 1605. in 4.

Eine Predigt auß dem 24. Cap. Josua / Mag-
deburg/ 1592. in 4.

Vale-

Valet- Predigt zu Marburg gehalten / und erst-
lich im Druck ausgegangen zu Gießen /
1611. in 4.

Passional- Gebet / so D. Hunnius in wäherender
Schwachheit kurz vor seinem Absterben /
ihm selbst zu Trost / und der betrübten Kir-
chen zum besten geschrieben und hinterlassen /
Wittenberg / bey Zach. Schüren / 1604.
in 12.

Cyanea Cantio D. Agidii Hunnii, oder Christliche
Sterbens- Gedancken von dem seligma-
chenden Leyden und Sterben Jesu Christi/
Gesangs-Weise gestellt durch Conrad Bach-
mann / Professorn zu Gießen / 1615. in 8.

SALOMON SCHWEIGGERUS, Nat. 1551.
Ecclesiastes Norimbergensis, genitus Cl. 1588.
est Sulzæ, oppido in Hercyniâ Wirtem- Ob. 1623.
bergicæ ditionis Anno Chr. 1551. Post
trivium in Scholam Claustralem Cœnobii Alpirspa-
censis missus anno 1568. quinquennium ibi studiis
humanioribus insumsit. An. 1573. In Academiam
Tubingensem & Stipendium Ducale veniens S.
Theologiæ operam dedit. Anno 1576. d. 26. Sept.
Viennam Austriæ concessit, ubi per septem menses
in vico Hernals, concionando se exercuit. An. 1577.
d. 10. Novembris cum Barone Joachimo à Sinzen-
dorff, Legato & Oratore Cæsareo ad Portam Ot-
tomannicam Concionatoris Aulici Munere functus
Constantinopolim migravit. Exinde 3. Maji, 1681.
navi egressus cum sociis itineris Adamo Schlibbio
Consiliario Brandenburgico, Bernhardo Barone ab

S 2

Herber-

Herberstein, adolescente, ejusque Præceptore
Wolffango Bachelbelio, terram sanctam perlustra-
vit, & Iospes Augustam Vindelicorum reversus est
d. 20 Octobris, An. 1581. Postea Norimbergam
vocatus Ecclesiæ in Templo S. Mariæ Pastor evasit.
Iter suum in Orientem & Hierosolymam usque ver-
nacula linguâ cum plurimis figuris ligno insculptis,
typis evulgavit, cumque peritus fuisset artis pictoriæ,
postea vivis coloribus illustratum Biblioth. Norim-
bergenfi dono dedit. Memorabilia scripsit libr. 3.
c. 32. de sepulchro Christi sacrum quendam horro-
rem incutiente & devotionem singularem ingredien-
tibus excitante. Vitam beatâ morte commutavit,
An. Chr. 1622. ætatis 71. (a)

Scripta.

Itinerarium, oder Reiß- & Beschreibung auß
Teutschland nach Constantinopel und Jeru-
salem in 2. Büchern/ Nürnberg/ 1620. 4.

Alcoranus Mahometicus, Teutsch/ der Türcken
Alcoran, Religion und Uberglauben/ Nürn-
berg/ 1623. in 4.

Zwo Predigten vom Ehstand/ 1609. 4.

De Scriptis ejus confer, Biblioth. Pafs. Germ. & Kö-
nig. Bibliothec. p. m. 740.

Nat. 1551.

Clar. 1590.

Ob. 1597.

WILHELMUS FRIDERICUS
LUZIUS, Theol. Doctor,
Pastor & Superintendens Nördlingensis,
primos vagitus edidit Tubingæ anno Chri-
sti

(a) Freher. Theatr. p. 415. conf. Serpiliæ Epit. p. m. 57.

sti 15
A quib
frequ
studio
râ pr
Würte
Abba
specti
binge
mora
Mart
secun
giæ in
lucen
dum
Mart
die ap
Diac
verò
nissim
licum
fus, il
dovic
cum l
nam
sidera
fuitis
contr
cum
berni
Fesen

Anno 1551. d. 7. Martii, parentibus honestissimis. A quibus 1552. Nerolingham delatus, Lyceum ibi frequentavit. Inde Lavingam in Gymnasium 1559. studiorum causa ablegatus, sub Andrea Lopadii cura profecit. Elapsis aliquot annis in Collegium Wirtembergici Monasterii Anhausen receptus, sub Abbatis Johannis Isenmanni, Consanguinei sui Inspectione adolevit. An. 1567. in Academiam Tübingensem (quæ ob pestem Elslingæ tum commorabatur,) deductus anno 1568. Stipendium Martinianum intravit, primâ laureâ 1569. d. 3. Maji, secundâ 1570. d. 2. Augusti redimitus. Theologiæ incumbens, tres primæ magnitudinis stellas Prælucentes habuit, Jacobum Andrea, Jac. Heerbrandum & Theodoricum Sneyfium. An. 1574. d. 7. Martii Magister domus, quem Oeconomum hodie appellant, dicti Collegii electus, & anno 1576. Diaconia Uracensis Ecclesiæ admotus fuit. Cum verò Gabriel, Liber Baro de Schwarzenau, à Serenissimo Duce Wirtembergico, Concionatorem Aulicum expeteret, ipse Ratisbonam ad Baronem missus, illico receptus est. Paulò post à Michaële Ludovico Barone de Buchheim & Gellersdorff in locum Polycarpi Lyseri vocatus, & anno 1578. Viennam Austriæ à Wilhelmo Barone de Hoffkirch desideratus abiit. Motâ autem sub id temporis à Jesuitis de Religione Lutherana publicè exercenda contradictione, & Ministerio interea cessante, ipse cum filiis Domini sui in Angliam, Scotiam & Hiberniam iter fecit. Anno 1580. cum iisdem reversus Fesendorfii, uno milliari Vienna distante pago,

Pastor constituitur. Cum verò undique auditores ad conciones ejus confluerent, Jesuitarum instinctu in carcerem coniectus, sed per intercessorias statuum Provincialium, sexto die liberatus à Johanne Rubero, Hungariæ Superioris Generali Præfecto in Concionatorem Aulicum adscitus, Cassoviam migravit, ubi post Heri sui obitum Pastorum ac Præposituram à Senatu Oppidiano sibi collatam administrare cepit. Enimverò aëris impatiens lethalem in morbum incidit; Ideoque lectica in Oppidum, Scharos, delatus, donec Dei gratia convalesceret. Ex quo ad suos Nerolinguam & 1585. Tubingam regressus, obtento d. 1. Martii Theologiæ Doctoris axiomate d. 27. Julii, anni ejusdem Pastor & Superintendens Ecclesiæ à Senatu designatus est. Uxorē duxit Dorotheam Heiderinam, quæ postea Johanni Wesembecio, Ulmensium Superintendenti nupsit. (a) Ipse Theologus erat, qui, juxta Frid. Franckii testimonium, lucidissimi sideris instar in Ecclesia fulsit. Judicio insigni præditus, & modestia in conversatione cum Collegis & aliis præcellens. Pie tandem ac placidè ex hac lacrymarum Valle ad beatam immortalitatem emigravit, d. 17. Aprilis, anno 1597. ætatis 46. Concionem exequialem habuit ex Dan. XII. 48. M. Fridericus Franckius, Diaconus, quam vide.

Scripta.

Œichpredigt über Hansß Rüber / Greßherz zu Pügendorff / Tübing. 1588. 4.

JERE-

(a) *Freib. Theatr p. m. 366.*

JER
la
linga
Chr.
piis i
stora
cum
ne vo
& Su
rato
An.
Eccl
quo
ager

TSR
I
Win
exif
gen
Tul
est
stro
si f
run
len
nu
Pa
nor

JEREMIAS PISTOR, Antistes Dur- *Nat. 1551.*
 lacensis, patria Wirtembergicus, Il- *Cl. 1590.*
 lingæ, in districtu Mulifontano natus. *An. Ob. 1613.*
 Chr. 1551. Theologiæ sincerioris princi-
 piis imbutus, post inferioris commatis spartam, Pa-
 storatum Lustnaviensem obtinuit. Ex quo Durla-
 cum Ecclesiæ Pastoratum ab Illustrissimo Marchio-
 ne vocatus, aliquot annis stationi præfuit. Collega
 & Superattendente usus Joh. Fabricio supra memo-
 rato, juxta quem Concordiæ formulam subscripsit,
 An. 1580. Inde reversus Bessigheimensis Oppidi
 Ecclesiasten primarium egit, usque ad An Chr. 1613.
 quo die 4. Aug. finem fecit vivendi ætatis annum
 agens 62. (a)

ISRAEL WIELANDUS, Pastor Tufs- *Nat. 1543.*
 lingensis Emeritus, An. C. 1543. in *Ob. 1633.*
 Wirtembergico Ducatu natus Patre, ut
 existimamus, Wyrichio, qui An. 1560. Giglin-
 gensium Pastor & Superattendens fuit. Studia cum
 Tubingæ absolvisset, Ilsfeldensi Ecclesiæ præfectus
 est, unde nomen ejus inter eos Verbi divini Mini-
 stros comparet, qui Sec XVI. in districtu Lauffen-
 si formulam Concordiæ suffragio suo comproba-
 runt. Ilsfelda ad Pastoratum Oppiduli Philo-Cel-
 lensis (Liebenzell) ubi An. 1611. jam jam 51. an-
 num in Ministerio compleverat. (a) Et ad ultimum ad
 Parochiam Tufslingensem propè Tubingam, cui
 nonnunquam Ephoria istius Dioceseos conjuncta

S 4

fuit,

(a) *Brunnius p. 58.*

(a) *Vid. Conc. Casual, infra citand, in Præf.*

fuit, pervenit. Senio confectus officio sese, cui ob-
eundo impar erat, abdicavit, & reliquum, quod sibi
supererat vitæ, inter studiorum amœnitates Tubin-
gæ, quo domicilium transfulerat exegit. Nepotem
ex Ludovico Gebhardo, Pastore Custerdingensi
genero, & Scholastica Maria filia Johannem Geb-
hardum, Superintendentem Rötelanum in Mar-
chionatu Durlacensi habuit, cui, cum sumtus Patri
ob rem domi tenuem non suppetere, hospitium
suum, quousque Martiniano, quod vocant, bene-
ficio frueretur, liberaliter aperuit, ipseque Paren-
tum fungens munere, ne eximia indoles neglectu
torpesceret, aut quocunque pacto damnum detri-
mentumque caperet, sollicitè laboravit. Cujus
voluntate in latinæ linguæ nitore comprehendendo
ita exercitus est, ut commilitonibus suis in ista præ-
cipuè eruditionis parte, semper præripuerit palmam.
Rectè enim intelligebat (sunt verba Domini D.
Fechtii, (a) tot annorum historia edoctus senex, la-
tinam linguam, tersam illam & ab omnium sordium
colluvie puram, non maximo duntaxat esse orna-
mento, sed & in cassum laborare eum & quasi in æ-
re piscari, venarique in mari, qui his literis non pro-
bè profundèque imbutus, ad disciplinas alias, ipsam-
que adeò Theologiam percipiendam viam affecta-
ret. (b) Vitam cum rarissimo planè exemplo ad no-
nagesimum protraxisset annum, placidè beatèque
finivit Tübingæ. Anno Christi 1633. cui G. C.
Maice-

(a) *Schediasmat. Sacr. Rosloch. edit. Anno 1706.*

(b) *Conf. H. Pipping. Triad. Decad. p. m. 1706.*

Maice
Ipenc

I, W
B
Justi
U

Ex

Orat
C
P
I

P
clor
fisto
vus
pidu

Maicelerus, Pastor Fehlbacensis anagramma fupendit:

ISRAEL WIELANDUS

ἀναγ.

I, VALE SIDUS LUNARE.

I, Wielande, VAL Eque senex venerabilis ævo,

BIS vitæ numerans lustra novena tuæ.

Iustitiæque index cœli regione receptus

Ut LUNARE poli SIDUS ab axe mica. (c)

Scripta.

Erinnerungs-Predigt / bey der Leiblegung
Zeit Heimgen / Burgers und Müllers zu
Liebenzell / der sich in grosser wütender
Hauptblödigkeit bey Nacht in die Nagold
gestürzt / auß Rom. XIV. Speyer / bey Au-
gustin Scheiden 1611. in 4.

Oratio Funebris de Vitâ & obitu Jacobi Beuerlini,
Cancellarii Tubingensis, à Theod. Snepfio habita, cum
Præfatione luculentâ ipsius Wielandi, Tubingæ,
1613. in 4.

POLYCARPUS LYSERUS, SS. Nat. 1552.
Theol. Doëtor & Ecclesiastes Ele- Cl. 1590.
clorialis Aulæ in Saxoniâ primarius, Con- Ob. 1610.
sistorii Dresdensis Assessor, natione Sue-
vus, Winnendam, Würtembergici Ducatus Op-
pidum suâ nativitate nobilitavit, horâ quintâ pome-
ridiana

S s

(c) Anagramm, libr. 1. p. 21, 22.

ridiana d. 18. Martii, An. 1552. in lucem editus. Patrem habuit Casparum Lyserum, Pastorem & Superintendentem Winnendensem: quem vix bi-
mus amisit. Mater exactò viduitatis tempore, sibi liberisque rectius consultura, ad secunda vota tran-
siit, Et D. Luca Osiandrò, Theologò nupsit, Ec-
clesiastæ primum aulicò Wirtembergicò, post Stutt-
gardianò, tandem Eßlingensi. Hic non vitrici, sed
Patris affectu, privignum suum prosecutus, pie-
tatis & literarum fundamentis puerum statim erudi-
vit. Schòlas ergò triviales ingressus primum Bla-
byræ in cœnobio reformatò, duobus miliaribus
ab Imperiali Ulma; deinde Stuttgartiæ, prima
studiorum fundamenta felicissimè posuit: ita, ut
annò ætatis decimò quartò, Græcis & Latinis literis
excultus, inque artibus Logicis magna cum cura
exercitatus, ad Tubingensium Academiam, con-
siliò Parentis & Præceptorum se conferret: dignus-
que judicaretur, qui in numerum alumnorum Prin-
cipis Wirtembergici cooptatus, publicis sumtibus ale-
retur. Auream hanc discendi occasionem nactus
Polycarpus, rectè ea utendum sibi esse censuit: Ac
proinde alumnum se esse cogitans, pietate & diligen-
tia omnibus se commendavit, primamque mox lau-
ream studiorum consecutus est, paulò autem post
An. 1570, secundam, inter competitores duos &
triginta, ipse omnium natus minimus octodecim an-
norum juvenis primum locum fortitus. Theolo-
giam deinceps aggressus, Repetentis officium de con-
silio Præceptorum sustinuit, mores & studia Alum-
norum regens; dignus præterea visus, cui Ministe-
rium Ecclesiæ juxta Verbi Præcones reliquos Tubin-

gæ co
ram u
An. æ
oppid
Casar
Conse
ipsum
Austra
modu
Conse
tum
vocat
Eccle
fentir
nequ
nam
cidit
juben
ibiqu
sibil
Tubi
cum
id ter
eject
cus
bran
nian
in lo
delib
conf
evoc
cale

ga committeretur. Unde d. 8. Martii, 1573. coram universâ Ecclesiâ publicè initiatus est. Postea An. ætatis vicesimo primo, functioni Ecclesiasticæ in oppido Gellersdorff sub ditione Illustris Dapiferi Cæsarei, Michaelis Ludovici, Baronis à Bucheim, Consiliarii Augusti, est præfectus, unde fama de ipsius præclaris in docendo donis mox universam Austriam, vicinasque regiones percrebuit, ut non modò Viennam Austriæ multoties ad habendas Conciones, sed & à Proceribus Stiriz ad Pastorum Græcensem illustrem sanè provinciam, fuerit evocatus. Enim verò cum neque Patronus, neque Ecclesia Gellersdorffensis in dimissionem ejus consentire, tantique Doctoris jacturam facere vellet; neque ipse oblatam, quantumvis splendidam, & opimam stationem, invitâ Ecclesia capessere voluit. Accidit autem occulto Dei nutu & arbitrio, ut tum sic jubentibus præceptoribus, Tubingam excurreret, ibique summum in Theologiâ gradum cum Hunnio, sibi legitimè conferri non tam peteret, quam ultrò à Tubingenfis Academiæ Theologis oblatum magno cum applausu impetraret. An. 1576. ætatis 24. Sub id tempus in Saxoniâ locis suis moti & Wirtembergâ ejecti fuerunt Caspar Cruciger, Junior; Henricus Mollerus, Hamburgensis, Fridericus Widebramus & Christophorus Pezelius, Crypto-Calviniani. Ubi cum de Pastore Wirtembergensi Ecclesiæ in locum Caspari Eberhardi demortui præficiendo deliberaretur, Lyserus constanti omnium Ordinum consensu literis Electoris Augusti solennibus, fuit evocatus mense Nov. 1576. quem ad usque annum cælebs etiamnum vixerat, Videbat equidem Lyserus

serus muneris oblatus dignitatem cum onere multiplici conjunctam, eamque deprecabatur. Sed accedente ad Electoris Saxonici Voluntatem Principis etiam Wirtembergici Ludovici permisso, officium resignavit in Austria, novumque acceptavit. Venit igitur Witebergam mense Februario, An. 1577. ætatis 25. & de mandato Augusti Electoris Ecclesiæ istius Pastor ac reliquarum Superintendens à Jacobo Andrea publicè inauguratus est; mox eodem anno in Ordinem Professorum Theol. solenniter coopertus, & Consistorii Ecclesiastici Adessor declaratus. Mortuo Augusto, & Christiano I. filio apud Saxones imperante conditionis optimæ occasionem apud Brunsvicenses nactus, rem ad aulam referens indignum tulit responsum: Frueretur, quam sibi oblatam putaret, felicitate, Ecclesiæ Witebergensi de alio Pastore prospectum iri. Hoc responso Ordines consternati non literis modò, sed & legatis ad aulam Electoralem missis, causas planè fonticas exposuerunt, ob quas de retinendo Lysero sint solliciti: Verùm irritò planè conatu. Sic ergò dimissus & præclaris testimoniis, ab Academiâ, Consistorio & Facultate Theologica instructus, Brunsvigam concessit, ac initio quidem Coadjutoris, postmodum verò Superintendentis Munere ibi functus est. Sexennio post An. 1593. Christiano Septem-Viro vivis erepto, à Friderico Wilhelmo Administratore revocatus Witebergam, sed vix annum ibi commoratus, Martino Miro, Dresdæ defuncto, in Aulam Electoralem ad Concionatoris Primarii connexasque dignitates reliquas evocatus est, quâ in statione perseveravit usque ad suum excessum. Nuptias

prias A
Lucæ
sis fili
tres &
helmu
psienf
evaler
bit.)
Saxon
& Co
vitæ f
clariss
thor f
Chen
J. A.
rimon
comp
plices
Sanè
gæ,
postro
expof
nerib
liquis
stituti
no 15
in qu

(
(
(
(

ptias An. 1580. ætatis 28. cum Virgine Elisabetha, Luca Cranachii, Consulis & Pictoris Witebergen-
sis filiâ, ex quâ 13. liberos suscepit, nepotes vidit
tres & neptim unam. (a) E filiis Polycarpus & Wil-
helmus Theol. Doctores & Professores, iste in Li-
psienfi, hic in Witebergenfi, ambo celeberrimi
evafere. Ipse Pater (ut Quenstedtius de eo scri-
bit,) (b) erat Theologus celeberrimus; Electori
Saxonie à Concionibus primariis, Confessionibus
& Consiliis Sacris, cujus amorem illi non adulatio sed
vitæ sanctitas conciliârat. Vir de Christianâ re præ-
clarissimè meritus, Promotor Libri Concordiæ, Au-
thor Harmoniæ Evangelicæ (quod opus à Martino
Chemnitio felicissimè cœptum, non infelicitè, iudice
J. A. Osiandro, continuavit,) (c) aliorumque plu-
rimorum librorum quibus æternam sibi memoriam
comparavit. Adeoque verè Polycarpus, ob multi-
plices pietatis doctrinæque fructus varios & eximios.
Sanè in promovendo Concordiæ opere, Witember-
gæ, Torgæ, Misenæ, Herzbergæ partes minimè
postremas sustinuit. (d) Subscriptiones quippe
exposcere necessum habuit ab illis, qui publicis mû-
neribus in Ecclesiis & Scholis præerant. Sed & re-
liquis Conventibus præpter Librum Concordiæ in-
stitutis interfuit, nimirum Quedlinburgensi, An-
no 1583. Dresdensi & Magdeburgensi An. 1584.
in quibus de Concordiâ inter Lutheranos & Calvi-
nianos,

(a) *Haftenus Leonh. Hutterus ap. Melch. Adami edit.*
Nob p. m. 379.

(b) *Dial. de Patriis lib. Vir. p. m. 166.*

(c) *Præfat. in Pentateuch,*

(d) *Caroli Memor. T. I, p. m. 227.*

nianos, petente Rege Navarrao, actum. Lipsiensi & Herzbergenſi An. 1585. ubi contra Anhaltinos, Wolffgangum Amlingum præſertim, diſputatum. Cæterum quod in reliquis ſui erat officii ſedulo curabat, & in erudiendis informandisque junioribus Principibus Electoralibus utriusque ſexus, ſingulari prudentiâ fide ac induſtriâ verſabatur. Pecuniam quoque eleemoſynariam pro viduis & pupillis Miniſtrorum per Electoratum Saxonicum ab Auguſto legatam piè adminiſtravit. (e) An. 1607. menſe Julio cum Electore ſuo Chriſtiano II. & Principe, Joh. Georgio, fratre, Pragam venit ad Rudolphum II. Imperatorem, à quo mox libertatem obtinuit concionandi, primò in arce, deinceps in domo Roſenbergianâ magno accurrentis populi applauſu, quod Lojolitas & reliquos à ſervitio Rom. Pontificis malè habuit. Unde factum, ut Conciones illas Lyſerus initio chartæ daret petentibus communicandas, poſtea verò typis evulgaripateretur, ad retundendas cuculligerorum tycophantias. Johannes Decumanus Apoſtata & Jeſuita factus, prolixum iis tractatum oppoſuit anno ſequenti, ſcurrilitatibus ac falſiloquiis plenum, quem Lyſerus nullo reſponſo dignum cenſuit. (f) An. 1609, à Bohemis, qui liberum religionis Exerciſium ab Imperatore impetraverant ad conſtituendam Academiam Pragenſem, regendumque Conſiſtorium ad tempus expetitus eſt, quo elapſo Dredam rediit. (g) Quantopere alias à Witebergenſibus, cum ibi doceret, dilectus fuerit,

(e) Melch, Adami loc. cit.

(f) Carol, Memorab. T. I, p. 148.

(g) Ibid, p. 204.

fuerit
mora
Hoſe
rum
tus,
quod
que h
man
tus e
ille
Jhr
hbre
ſcil.)
direx
dom
duur
num
nio,
præd
vis re
aoru
ria in
quid
ſali
cim
ſelio
Pacis
puzi
trum
catar
indig

fuert ex Abrahami Hofemanni relatione commemorat celeb. Dominus Serpilius. (h) Cum enim Hofemannus expediundorum quorundam negotiorum causâ in Saxoniam iter faceret, Lyseri famâ motus, Witebergam (aliquot milliarium compendio, quod rectâ viâ usurus facere potuisset, fusque deque habito,) deflexit; ubi Die Dominicâ summo manè pontem transiens à cive honestiore interrogatus est: Unde veniret? Silesiâ, cum respondisset; ille subjecit: Audies hic Virum excellentissimum. *Ihr werdet einen fûrtrefflichen Mann allhier hören.* Acceptoque responso: Setantur Viri (Lyseri scil.) gratiâ non attentis itineris ambagibus viam huc direxisse, Hofemannum peramicè & humaniter domo exceptum, in Templum deduxit & per biduum lautissimè habuit. Notum aliqui Saxonum de tribus Theologis è Suevia oriundis, Hunnio, Mylio & Lysero iudicium, quo hunc nostrum prædicarunt, ut formosissimum. Suos tamen ubi vis reperit obtrectatores, nec morsus tum Calvinianorum, tum falsorum fratrum evitare potuit. Varia insuper subiit certamina cum variis. Witebergæ quidem cum Samuele Hubero, Bernate, de universali hominum Electione, cum quo totis septendecim annis pugnavit. Deinde cum Melchiore Cleselio, Cardinale & Episcopo Viennensi de Justitia Pacis Hungariæ. Ulterius cum Andrea, Patre Capuzino Prageni. (i) Denique jam ante hunc utrumque cum Jac. Gretsero, Jesuita, qui ob publicatam Historiam, Eliæ Hasenmulleri, Jesuiticam, indignis modis Lyserum tractavit, prolato in Virum

Theolo-

(i) Melch, Adami l. cit.

Theologum turpissimo mendacio, ac si poculum ingens deauratum ab Electore suo sibi propinatum exhauriendo promeruisset. Quam virulentissimam Diaboli spumam gravissime deterfit Vir optimus. (k) Sed & ab aliis variè per scripta & acerba mandata infcio Electore exagitatus, imò Apostasias à quibusdam infimulatus est; quas omnes tamen calumnias tum ipse, tum filius Polycarpus in solidum diluit. (l) Constantiam certè in fide, Collegis Theologis assistantibus, in emortuali lecto sanctè testatus est: Se morte sua obsignaturum eam doctrinam, quam voce & calamo contra quosvis, tum veteres, tum recentiores Hæreticos, publicè propugnasset, neque vel latum unguem ab hac doctrina recessurum; quin lato animo migraturum jam ad Christum Servatorem suum, cui paratus sit rationes reddere de doctrina hæctenus à se asserta. Testamento non solum pauperum rationem habuit centenis aliquot florenis in usum eorum destinatis; Sed & Studioforum tenuioris fortunæ, quorum communi mensa utentium lautiolem in victum certam pecuniæ summam quotannis, diebus Polycarpi & Elisabethæ, erogandam legavit. (m) Febri hæctica sensim per Septennium depastus, cum in concinnanda Harmonia Evangelistarum venisset ad verba usque Johannis undecimo capite, de Lazaro dormiente, mox ægrotare cepit, atque Deum calidissimis invocare precibus, ut quietè sopitus obdormisceret: En! rata suspiria, Lyserus circa finem vitæ somno captus an-

(k) *Præfat. im Regenten Spiegel,*

(l) *Serpilius l. cit.*

(m) *Melsb. Ad. l. cit.*

antequam rursus evigilaret, expiravit (n) Dresdæ, d. 22. Februar. An 1610. ætatis 58. Ministerii 37. Concione Funebri dilaudatus à Paulo Jenischio, Collega, ex 1. Sam. XXV. v. 1. Orationibus, Wirtembergæ à D. Leonhardo Huttero, quam integram exhibet Melchior Adami; Lipsiæ, à D. Henrico Höpfnero. Epitaphium in Templo Sophiæ Dresdensi legitur.

D. O. M. S.

Polycarpo Lysero.

Nato. XVIII. Mart. An. 1552. Patriâ Winnedensi Wirtembergico, Professione Theologo, sincero, orthodoxo, Concionatori Annis XVI. Electorali Saxonico, religionis amore, animi Candore, morum suavitate, doctrina Vera, prudentiâ Christiana, Eloquentiâ rarâ, insigni. Qui variis laboribus & morbo aëno confectus ætatis LVIII. hic tandem Dresdæ, quod optaverat, placidè obdormivit in Domino, Anno 1610. d. 22. Febr. Viro, Parenti, Socero, Uxor, Liberi, Generi Amoris Monumentum ponendum curârunt. (o)

T

Johan-

(n) *Kisling. de Arte Vis, & Moriendi.*

(o) *Serpilius l. 6,*

Johannis Seufftii, Secret. Elect. Epigram-
ma in pennam D. Lyseri, Conc.
Fun. suffixum.

*Penna manu multos Polycarpi ducta per annos
Lyseri, in Christi fida Ministra fide.*

*Qua bene scriptus Adam, Noë, Abram, Isaacus,
Jacob,*

*Qua Joseph, Vatis qua Danielis opus.
Gessit ubi Harmonicos tandem finire labores
Ad tumulum Christi cum venit, agra cadit.
Sentit id ut moriens: satis est mea serva laborum.
Sis tumulo huic posthac penna sacrata, refert.
Sic tumulo Christi Polycarpi penna dicata
Lyseri, in Christo semper honora manet.*

Effigiem Viri exhibent P. Freherus. (p)
Theophilus Spizelius, (q) & alii; Harmoniæ
Evangelicæ præfixam carmine
honoravit

Augustus Buchnerus.

*Suevia quem genuit, veneratus Saxo docentem est
Dadala Lyserum scripsit in ære manus.
Facundum os mentemque gravem pictura videtur
Sed melius poterunt aurea scripta loqui.*

Paucis, uti solet, de eo se expedit G. M. König, in Bib-
lioth. Vet. & Nov. p. 490. De Scriptis conferan-

tur

(p) *Theatr. Illustr. Vir.* p. 352. 355.

(q) *Templo Honoris* p. 9. seqq.

tur Bibliothecæ Draudii, Prætorii & H. Witten
Biogr. An. 1610. quæ à nonnullis cum scriptis Po-
lycarpi filii solent confundi. Vitam succinctius
leges in Domini Fechtii Appar. Hist. p. 149. seqq.

Scripta Latina.

Harmonia Evangelica, à D. Martino Chemnitio in-
choata, Polycarpo Lysero continuata Francof. 1593.
in 4. & à D. Gerbardo absoluta, sæpiusque edita.
Francofurti, 1652. fol. Genevæ, 1675. fol.
Hamburgi & Francof. 1603. fol.

Historia Jesuitici Ordinis conscripta à M. Elia Hasen-
müller, cum Epistolâ Dedicatoria Pol. Lyseri ad
Claudium Aquavivam, Præpositum Generalem So-
cietatis. Francof. 1593. in 4.

Ejusdem Operis adversus Jacobum Gretserum, J. sui-
tam, Defensio prima & Secunda.

Historia Passionis Dominicæ, secundum quatuor Evan-
gelistas. Lipsiæ, 1605. in 4.

Adamus, h. e. Theologica Expositio primæ partis Ge-
neseos, quæ continet Historiam Adami, Lipsiæ, 1604. in 4.

Noachus, h. e. Theologica Expositio secundæ partis Ge-
neseos quæ continet Historiam Noachi, Lipsiæ, 1605.
in 4.

Abrahamus, h. e. Theologica Expositio tertiæ Partis
Geneseos, quæ continet Historiam Abrahami, Ibid.
1606. in 4.

Strena ad Jac. Gretserum, Lipsiæ, 1607. 8.

Isaacus, h. e. Theolog. Expositio IV. partis Geneseos, quæ
continet historiam Isaaci, Lipsiæ, 1608. 4.

Jacobus, h. e. Theol. Expositio Historiæ Jacobi, Lipsiæ,
1608. in 4.

Josephus h. e. Theol. Expositio Historiæ Josephi, Lipsiæ,
1609. 4.

Commentariorum in Genesin Tomi II. 1609. in 4.

Commentarii in Daniele Prophetam, in quibus reperiuntur Schola Babylonica; Colossus Babylonicus; Fornax Babylonica; Cedrus Babylonica; Epulum Babylonicum. Aula Persica. Singula primum seorsim, deinde simul edita. Francofurti, 1609. in 4.

Historia Resurrectionis & Ascensionis Dominice & Missionis Spir. S. homiliis aliquot explicata. Lipsia, 1610. in 4.

Strena Gemina Calvinianis exhibita.

Germanica Lyseri.

Zwo Predigten bey den Trauer-Begängnißsen Churfürstens Augusti in Sachsen/und Churfürstin Annæ seiner Gemahlin/Wittenberg/ 1588. in 4.

Send-Brieff an einen guten Freund / warum Er auf des falschen genannten Sebast. Cobleri Schmah, Schrift nichts zu antworten gemeint sey/ Jena/ 1590. in 4.

Christl. Unterricht vom Exorcismo, Jena/ 1592. in 4.

Eine Predigt auß Luc. VI. wie man von anderer Leute Worten und Wercken reden und judiciren solle/ Franckfurt an der Oder mit Abraham Hofemanns Vorrede/ 1597. in 4.

Zwo Predigten von der ewigen Gnadenwahl/ auß Matth. XXII. v. 14. Wittenberg/ 1598. in 4.

Christianismus Papismus & Calvinismus, das ist/ drey unterschiedliche Auflegungen des Catechismi

techismi Lutheri ; Eine / darinn gewiesen
wird / in welchen Hauptstücken die Evange-
lische mit den Calvinisten : die Andere / in
welchen die Evangelische mit den Papisten
nicht einig sind. Die Dritte / wie ein Christ/
die Lehr des Catechismi zur täglichen Buss-
nüglich gebrauchen solle / Leipzig / 1596. in 8.
Dresden / 1602. in 4. Wittenberg / 1608.
1623. in 4.

Rettung der Unschuld / wider D. Crellen ver-
mummte Freunde / welche ihn Pol. Lysen der
Aufruhr bezüchtigt / Leipzig / 1604. 8.

Landtags Predigt zu Torgau gehalten / Leip-
zig / 1603. 1605. 1612. in 8.

Abgenöthigter Bericht von dem leidigen
Streit Samuel Hubers von der Gnaden-
Wahl / Leipzig / 1604. in 4.

Regenten Spiegel / oder Erklärung des 101.
Psalmen in 4. Predigten zum Anfang und
Beschluß des Landtags zu Torgau / Leip-
zig / 1605. in 4 und 8.

Memorabilis est harum Concionum Praefatio à Marti-
no Gejero Repetita, in der Allgegenwart Got-
tes in Dedicatione.

Historia Passionis, in XIII. Predigten erklärt/
Leipzig / 1605. in 4.

Ehren-Gedächtnuß des Wohlgebohrnen Frey-
Herrn / Burckard Schencken / in 2. Predig-
ten / Leipzig / 1605. in 4.

Todten-Spiegel oder Erklärung des 90. igiten
Psalmen / über den Tod / Frau Sibilla Eli-
sabetha / Churfürstin zu Sachsen / gebohr-

ner Herkogin von Württemberg / Leipzig/
1606. in 8.

Zwo Predigten von des Menschen Rechtferti-
gung und guten Wercken zu Prag gehalten/
Leipzig/ 1607. in 4.

Eine Predigt von der Himmelfahrt Christi/
Leipzig/ 1608. in 4.

Duellum Cleselianum, das ist / zweyerley Beden-
cken über der Frag / ob den Ungarischen
Ständen die Freyheit der Religion zu zulaf-
sen seye? Leipzig.

Leichpredigt über Prinzen Joh. Georg / in
Sachsen / so in der Geburth gestorben/ Lei-
pzig/ 1608. in 4.

Dispositiones und Erklärung des Hohen- Lieds
Salomonis / außgegeben von J. K. E. H.
Frankfurt und Leipzig/ 1691. in 4.

THOMAS BIRCKIUS, Pastor Evangelicus in
Creichgoja, Vico Goi- Angelloch vocato,
ortum suum Wirtembergico Ducatui debebat, in
quò per Scholarum trivialium Claustraliumque, at-
que Ducalis Seminarii in Academia Tubingensi de-
cursum, literis probè instructus Ecclesiæ Dei Verbi
divini præconio inservire cepit primùm in Erbstät-
ten. Deinceps verò in Ober- Briden Backnangen-
sis Inspectionis Parochia; Inde à Johanne Philippo,
Barone de Bettendorff ad prædicti loci curam Pastro-
ralem vocatus circa Annum 1602. variis Scriptis di-
versæ materiæ, cum primis Speculo Principum, hoc
est, Oratione, in laudati Baronis exequiis coram
splendido multorum Baronum atque Nobilium
Cœtu

Coetu habitâ inclarescere cepit. (a) Historiarum, ut è lectione scriptorum ejus apparet, non proletariâ cognitione imbutus. Poëta quem Augustinus Brunnius vocat, industrius. (b) Mundi crepundis valledixit post Annum 1615. Scripta G. Draudius recenset. (c)

Scripta.

Adlers Predigt / darinnen die Art und Eigenschaft des Adlers auß H. Schrift und andern bewährten Scribenten dem H. Römischen Reich zu täglicher Lehre / Trost und Warnung richtig zusammen gezogen sind / Eübingen / 1590. in 4.

Comœdia, darinn den Gottsvergessenen doppel Spielern zu ewiger Abscheu / und den Gewissenhaftigen Kurzweilern zu denckwürdiger Erinnerung die Würffel und Karten samt dero Farben / Gleich / Hochzeit / Tanz / Münten / Trümpfen / letzte Leß und Kren den auß H. Schrift gründlich erklärt / Eübingen / 1590. in 4.

Valet - Predigt auß *Act. XX.* Eübingen / 1602. in 4.

Regenten Spiegel / darinnen alle fromme Regenten ihre Râthe und Beamte bey vielen denckwürdigen Exempeln sehen können / wie sie sich sollen verhalten / nach Anleitung der schönen Historien vom gottseeligen König

T 4

Jo.

(a) *Vid. ejus Regenten Spiegel / in Præfat.*

(b) *Lib Synopt. p. 138.*

(c) *Biblioth. Class. German.*

Josia / auß 2. Chronic. XXXV. Schrifften Lutheri und andern Büchern zusammen getraggen/und summarie geprediget bey der Begräbnuß Hrn. Johann Philipsen von Bettendorff/den 12. April / 1606. zu Börs - Angeloch gehalten/ gedruckt zu Franckfurt / Anno 1607. in 4.

Nat. 1552.

Cl. 1590.

Ob. 1619.

JOHANNES ASSUM, Superintendens Weickersheimensis in Comitatu Hoënloico, Nürtingæ, Wirtembergicæ regionis oppido, natus An. Chr. 1552. Parente Augustino, cive honesto & fabro lignario, inter 9. liberos natu minimus. Puer felicitis Ingenii Præceptorum commendatione, à Duce Christophoro Wirtembergico inter Alumnos Scholæ Cœnobialis, Murrhardtum An. 1565. & deinde Anno 1569. Herren-Albam receptus. An. demum 1571. ad Academiam Tubingensem promotus est, in quâ biennio post Magisterii gradu insignitus inter 30. Candidatos tertium locum accepit. An. 1574. Præceptor in Scholâ Claustrali Adelbergæ constitutus, inter alios D. Joh. Georgium Sigwartum, Theologum postea celebrem habuit discipulum. A Scholastico Munere porro vocatus ad Ecclesiasticum, Stuttgartardiæ primum, ut Diaconus, An. 1576. deinde Bottwariæ. A. 1578. ut Pastor Verbum Dei docuit. An. 1581. à Comite Hoënloico Wolffgango, per commendationem D. Jacobi Andreæ, vocatus cum Conjuge & Liberis Lauenburgum concessit, & Concionatoris Aulici Munus alacriter aggressus, in eo 37. annos fideliter exegit; Tandem ad Super-

Superintendentis functionem euectus, reliquum vitæ Weickershemii, Ecclesiis totius Comitatus præfuit. (a) Thori sociam habuit Saram, Johannis Gailingii, Pastoris Bottwariensis filiam, quâ cum Johannem Augustinum Serenissimi Wirtembergiæ Ducis Secretarium procreavit. Theologus suâ ætate non exiguæ autoritatis, cujus Zelus (sunt verba Andreæ Osiandri, Cancellarii Tubingensis in Epistola Manuscriptâ) pietas, prudentia, eruditio & Veritatis contra Adversarios defendendæ studium jamdudum bonis omnibus innotuerat. Zelus certè vel ex eo dispalescit, quod An. 1584. Comitem Hoënloicum, qui Formulam Concordiæ malè intellectam rejecerat, & Calvinianorum dogmati faventiorum se ostenderat, à S. Cœnæ Communione excludere non dubitavit. Quo ipso Comes exacerbat, Virum ab officio aliquandiu jam remotum, planè dimisisset, nisi interventu D. Andreæ res fuisset composita. Recruduit tamen ferè malum circa Annum 1605. Corpore doctrinæ Hoënloico, jussu Comitis ab Assumio in lucem edito, in quo Evangelicorum Doctrinæ de Omnipræsentia Christi hominis derogari videbatur. Ipse verò non nisi in phrasibus differre contestatus, nihilominus illas etiam Concione coram Ludovico Hassiæ Landgravio & Comite Wolffgango, de Ascensu Christi in Cœlos cum Applausu habitâ, emollire studuit. Sed & prudentissimæ moderationis Virum fuisse oportet, ut qui intra Scyllam & Charybdin navigans, naufragium tamen haud fecit; id quod Acta de Scriptis ejus restantia demonstrant. Libellus ejus sub rubricâ: Speculi ho-

minis,

T 5

(a) *Fræher. Theatr. p. 402.*

minis, editus, D. Salomoni Gesnero usque adeo placuit, ut in Pomerania Eum imprimi curaret. Quantum hymnis & cantionibus Ecclesiam suam ædificaverit, ipse commemorat. in Præf. Conc. De Benedictione Dei. vid. Serpil. Epitaph. p. m. 113. Vitam placidâ morte finivit Weickershemii d. 4. Augusti An. 1619. ætatis 67. Minist. 43. Concione Funebri laudatus à Marco Gutermanno, Augustano, Ecclesiæ Schrolbergensis Ministro. Epitaphium ejus saxo sepulchrali incisum hoc legitur:

Quisquis es, Lector: En! magnus ille Theologus, Johannes Assum, Antistes olim Aulæ & Ecclesiarum Per Illustres Comitatus Hoënlöici Primarius, An. Chr. MDCXIX. d. XIV. Augusti ætatis LXVII. Ministerii XLIII. Conjugii cum Honoratissimâ Matronâ, Sara Gailingia XLIV. tandem post tot exantlato Vitæ & officii labores à Deo Creatore avocatus, animam illi, depositas vero Exuvias ad usque Archangeli Tubæ Sonum terræ omniparenti reddidit. VALE Lector & sic quoque disce mori in terris, ut possis vivere in Cœlis.

Post

Post curas requies.

**Johannes Assum, WIRTEM-
BERGAS, Weickershemii in Au-
lâ Hoënloicâ Concionator.**

Totidem iisdemque literis

ἀναγ.

*Curavi leges ne! Vir animosus JOVÆ;
Sunt mihi in hoc Cælo Nectar & Ambrosia.*

Elegantius tamen est Anagramma

G. C. Maiccleri, P. L.:

Joannes Assum.

ANIMO SANUS ES.

*Corpore quantumvis jaceas sine viribus ager,
Sat, si mente tamen sanus es atque animo.*

De Scriptis ejus conferatur Bibliotheca Classica
Germ. H. Witten ad An. 1619. in Diar. Bio-
graph. Hendreich in Pand. Brand. pag. 312.
Ephraimi Prætorii, Pastoris Dantiscani Biblio-
theca Homiletica in Indice lit. A. & in ipso O-
pere passim.

Scripta.

Gründlicher Bericht/ auß Heil. Schrift von
den fürnehmsten Artickeln Christl. Lehren/
wie solche von den Predigern in rebus &
pbrastibus zum verständlichsten und nützlich-
sten

- sten fürgetragen und erklärt werden sollen/
 Franckfurt/ 1607. in 4.
- Spiegel des Erkänntnüßes Gottes und
 Christi / an Wesen und Würckungen im
 Menschen/ Franckfurt/ 1590. in 8.
- Menschen-Spiegel vor und nach dem Fall/vor/
 in und nach seiner Widergebuhrt hier auf
 Erden / und dann auch nach seiner Auferste-
 hung im ewigen Leben / samt kurzer Erklä-
 rung der 6. Hauptstücken Christi. Lehre/
 Franckfurt/ 1592. in 24.
- Dissertatio de Spiritu Litera*, Tübinga, 1575. in 4.
- Geburts-Tag Christi / und herrliche Präsent
 Gottes an das Menschliche Geschlecht/ das
 ist/ fünfß Weyhenacht Predigten / zwo auß
 Luc. II. und drey auß Esa. IX. am Neuen
 Jahr gehalten / Franckfurt/ 1589. in 4.
- Drey Predigten über den gewöhnlichen See-
 gen Gottes / Num. VI. Franckfurt / 1595.
 in 4.
- Sechs Predigten über die fünfß Teutsche Kir-
 chen-Gesänge / 1. Esaia dem Propheten.
 2. Ein Kind gebohren zu Bethlehem. 3.
 Christ ist erstanden. 4. Auf diesen Tag be-
 denken wir. 5. Nun bitten wir den Hei-
 ligen Geist/ Franckfurt/ 1595. in 4.
- Fünfß Hochzeit-Predigten/ auß Gen. XXII. über
 dem Beylager Grafen Georg Friderichs
 von Hohenloe/ Franckfurt/ 1608. in 4.
- Eine Predigt von der Himmelfahrt Christi/
 Aa. I. 1608. in 4.

Cerva

Cerva Matutina, das ist/ XI. Predigten über den
XXII. Psalmen / von der Jagd der geistlichen
Hindin/ Nürnberg / 1609. in 4. 1610. in 8.
Sieben Predigten über die Worte der Einse-
zung des Abendmahls Jesu Christi/ Nürn-
berg/ 1612. in 4.

Serpens aeneus in deserto exaltatus, das ist/ IX. Pre-
digten von der Schlangen in der Wüsten
und Christo am Creuz/ Nürnberg / 1615.
in 4.

Daniel Aulicus, oder LXIII. Predigten auß dem
Propheten Daniel.

Vier Türcken-Predigten/ oder Türckis. Zucht-
Schul / in etlichen Predigten über den
LXXIX. und XLVI. Psal. verfaßt/ Franckfurt/
1595. in 4. 1625. in 4.

Predigt vom Oster- Lämmlein / Rotenburg/
1675. in 8.

Assumea Cygnea Cantio, letzte Predigt mit ange-
henckter seiner Leichpredigt / Rotenburg an
der Tauber/ 1620. in 4.

Leichpredigt über Herrn Ludwig Casimir
Hugwernern/ Franckfurt/ 1599. in 4.

JOHANNES SCHULERUS, Super- *Nat. 1552.*
intendens & Pastor Kircho-Teccensis, *Cl. 1590.*
Göppingâ An. C. 1552. oriundus paren- *O. 1616.*
tibus honestis. Literis in Lycco patrio
excultus, Monasticas Scholas & Stipendium Ducale
intravit. Cumque feliciter studia sua tractasset,
Diaconiis primum Stuttgardianis successivè, Anno
1579. deinde Pastoratui ad D. Leonhardum 1582.
deni-

denique anno 1586. Superintendentis Muneri in Civitate & Diocesi Kircho-Teccensi adhibitus est, diuque non contemnendos Ecclesiæ fructus tulit. Vir quippe suâ ætate, A. Brunnio teste, (a) celebris, qui Ecclesiam Neidlingensem anno 1590. habitis ibi duabus Concionibus à Pontificiæ doctrinæ fermento repurgavit. An. 1612. felicitatem Ducatus Wirtembergici tum spiritualem, quam corporalem variis ad populum sermonibus deprædicavit. Matrimonii sodalities adeptus est Monicam, Lucæ Osiandri, D. & Concionatoris Aulici filiam. (b) Tandem, viribus exhaustis, rude donatus an. 1614. paucis post annis vivere desiit, anno 1616. De Scriptis consuli potest Bibliotheca Classica, & Ephraimi Prætorii Biblioth. Homilet. in Indice Autor.

Scripta.

Zwey Predigten bey der Reformation zu Neidlingen gehalten / auß Jerem. VI. 16. und Gal. V. 6. Eßlingen/ 1590. in 4.

Vier Hochzeit- Predigten unterschiedlicher Personen/ Eßb. 1608. 4.

Eine Predigt bey der Inauguration und Einsegnung M. Matthæi Schußlers Diaconi, auß Ps. XIX 5. Ib. 1609. 8.

Leichpredigt über Hrn. Sigismund von Remchingen/Rom. VIII. Ib. 1613. 4.

Achtzehn Predigten/wie hoch Gott das Herzogthum Württemberg leiblich und geistlich gesege

(a) Lib. Synopt. p. 87. seq.

(b) Olea Andreana Fama Refor. subnexa. p. 4.

gesegnet / und wie es hingegen im Henden-
thum und Papstthum beschaffen gewesen/
Eübing. 1612. Augsp. 1615. 4.

Leichpredigt über Fr. Margareta Kreuserin/
auß Hiob. XIX. 25. 27. Tub. 1608. 4.

Leichpredigt über Hrn. Jacob Hellern / auß
Rom. XIV. Ibid. 1613. 4.

Disputatio de Electione populi Israëliti & reprobatione
gentium ex Rom. IX. 10. 11. Tübinge, Anno
1609. 4.

ANDREAS VERINGERUS Ab-
bas Alpirspacensis, Ser. Wirtenb. Du-
cis Consiliarius, & Concionator Aulicus, Nat. 1553.
Cl. 1590.
Ob. 1609.
vitam inchoavit Herrenbergæ circa An-
num 1553. parentibus honestis. Post trivialium de-
cursum ob indolis bonitatem Claustralibus insertus
Scholis, Alpirspaci 1577. & Herren-Albæ, superio-
ris Cœnobii convictu adolevit, in Stipendium Tu-
bingense 1582. receptus, biennio elapso Magisterii
honores, & post aliquot annos Repetentis Inspecto-
risque Characterem consecutus, tandem in Mini-
sterium adlectus Diaconiam Herrenbergensem an.
1588. impetravit. An. 1590. in Hungariam Chem-
nitium liberam Civitatem, fodinis celebrem, publi-
ca autoritate missus; 1595. verò in Austriam
à Carolo Lichtenspergio Feldspergiam vocatus con-
cessit, ubi per quinque annos Verbum Domini ma-
gno cum applausu prædicavit. Mutatà verò ibi lo-
corum Religione expulsus Patriam repetiit, in qua
Pastoratus oppidi Rolensfeldensis ei collatus; Ex quo
Anno 1603. ob singularia dona Chæropolin s. Freu-
densta-

denstadium promotus, Templum à Serenissimo Principe Friderico, magnifice & juxta morem Basilicarum Græcarum, forma triangulari, eo artificio, extructum, ut nec Viri Fœminas, nec istæ illos conspiciant, habitâ Concione consecravit Anno 1608. Sed & Ober Kirchæ, oppido Argentinensis Episcopatus, tum Wirtembergico Duci oppignorato, geminam habuit Concionem, plantandæ ibi Religionis Evangelicæ causâ, quibus in tantum se commendavit, ut Anno 1608. Stuttgardiam ad Superintendentiam & Pastorum Oppidanum, annoque sequente ad Ecclesiasticis Aulici & Assessoris in Consistorio munus accersitus fuerit, ægerrimè illum dimittentibus Charopolitanis Exulibus. In Matrimonio habuit Henrici Rentzii, Abbatis St. Georgiani Filiam. Cum vero pauxilli temporis intervallo fortiadmodum catarrho affligeretur, nec officio tam gravi diutius posset defungi singulari Ducis gratiâ Præsulatum Alpirspacensem rudis vice obtinuit; quo in Monasterio vitam clausit Anno 1609. d. 15. Novembr. Commendatus à Parentatore, Johanne Georgio Vollmaro, Pastore, tum à donis, tum ab amore Auditorum; habita ex Num. XX. v. 22. Concione, quam vide pl. p. 27. seqq.

Scripta.

2 Wo Predigten an Wenhenacht zu Ober Kirch gehalten/ auß Luc. II. v. 1. seqq. und Ad. VI. VII. jussu Serenissimi typis excusæ, Eubingen/ 1605. 4.

Eino

Einweyhungs: Predigt / bey Einweyhung der
Kirchen zu Freudenstatt / auß Johan. XVI.
Stuttgardt / 1608. 4.

Hochzeit: Predigt / über Reicharden / Grafen
zu Salm/ Jena/ 1597. 4.

Beschreibung der Kirch zu Freudenstatt /
Stuttgardt 1627. 8.

JOANNES ANDREÆ, Principis *Nat. 1554.*
Consiliarius & Abbas Regiofontanus, *Cl. 1590.*
Göppingæ natales habuit. d. 12. Martii, *Ob. 1601.*
An. 1554. Patrem Jacobum, tum Su-
perintendentem istius loci, deinde Cancellarium Tu-
bingensem, Matrem Annam Entringeriam, Lite-
ras ductu & auspiciis Patris didicit ibidem in Scho-
lâ triviali, porro in Cœnobiis, denique in Stipendio
Ducali, Tubingæ. Ministerium subiit primò An.
1576. Diaconiæ; deinceps An. 1582. Inspectioni
Herrenbergensis Ecclesiæ & Vicinarum præfectus,
ex quâ An. 1591. d. 24. Julii, propter valetudinis
imbecillitatem ad dignitatem Præsularem Monasterii
Regio-fontani provectus est. In thalamum duxit
Mariam Moserinam, (a) de quâ & B. Hassenrefferus
sequentem Historiam narrat filius: Solebat inquit
B. Hassenrefferus Matrem meam supra fœmineam
sortem mirificè extollere, non nisi Viraginem appel-
litans; inter plurima hoc non postremæ laudis ha-
buit. Cum Herrenbergæ aliquamdiu Patri meo
convixisset, uxorem duxit Agatham, Magni Jo-
hannis Brentii filiam, Spindleri Viduam aliquot Or-
phanis onustam. Hujus paulò post Juvenem atque

U

eru-

(a) *Olea Andreæa p. 11.*

eruditionis laude tumidiusculum pœnituit, quod alibi forma comitior & amplior dos, quæ neglexisset, exprobaretur. Inde humanitus quid passus, profundum dolorem animo coquere, uxorem minus aestimare, sordidius vivere, solitudinem querere. Non fefellit Matrem Val. Andrea, quæ primum fœminæ patientiam, & sanandi Mariti moram persuasit, dehinc ægrum animi aggressa nequaquam molliter habuit: Tune, aiebat, & sacris addictus & eruditus creditus, Tyro adeò es, ut quam sis fortunam nactus, etiamnum nescias? Uxorem ex optimis natam, optimè quondam nuptam, nondum agnoscas, nedum magnificias? Pudeat ducere, quam nescius promeritis & ex Oeconomiz usu habere planè indignus, cui ex ancillis meis una nubat. Prioris Conjugii benedictionem & Soceri laudem tu jam possides, ingratus, nî Deo id uni præter meritum tuum, moresque crudos acceptam feras. Huiusmodi exprobratione & tum plurimum pudefactus, & postea longè magis delectatus est Hafenrefferus, postquam uxoris commodissimæ Virtutem est expertus; nec abstinuit, quin matrimonii sui Concordiam & æstus maligni averrunctionem post Deum Matris Val. Andrea fortitudini tribueret, hæc subinde addens, à nullo unquam homine liberius increpitum, penitius detectum & restitutum fuisse felicius. Nec desit unquam inter titulos & honoratum Senium Matris nomen dare, libertatem animi ferre, & obnoxium animum palam contestari. (b) Ex hac Viragine Moseriâ Johannes suprâ memoratus octo liberorum Pater factus est, inter quos J. Valen-

Val. Andrea Vita Manuscripta.

Vale
tutes
do
cum
Aug
Mag
taph

V
&
gæ
bu
bu
Ph

Valentinus, celebris ille Theologus eminebat. Virtutes Abbatis ex Cenotaphio colligas mox recensendo. Ministerio Ecclesiastico per 15. annos magna cum laude defunctus mortalitatem explevit d. 9. Aug. 1601. è pergulâ laudatus ex II. Reg. II. à Joh. Magiro, Göppingensium Inspectore Speciali. Epitaphium in prædicto Monasterio extans tale est: (c)

Johannes, Jacobi Andreæ filius, amœni Ingenii & morum facillimorum Vir, Consiliarius Wirtembergicus & Regii fontis Abbas Mechanicarum Artium impendio studiosus, Homo comis, munisque, cum morbis totâ ferè vitâ conflictatus tympanitide extinguitur, cum vixisset liberaliter Annos 47. Menses 5. dies 7. Sepultus Regiofonti ingenti sui desiderio relicto. natus 1554. d. 2. Martii. Obiit. An. 1601. d. 9. Aug.

WILHELMUS MOEGLIN- *Nat. 1553.*
GIUS, Abbas Regiofontanus *Cl. 1590.*
 & Illustrissimi Ducis Consiliarius, Tubin- *Ob. 1603.*
 gæ natus est, An. Chr. 1553. Patrem habuit Wilhelmum, Medicinæ Doctorem & Rotenburgo Tuberanæ Civitatis primum, dein Tubingæ Physicum Ordinarium. Avum Israël Möglin-
 U 2 gium,

(c) *Caroli Meurer, Tom. I, Libr. I, C, I, p. 305.*

gium, Medicinæ in hac ipsâ Academiâ Professore Publicum. Post fundamenta literarum & Theologię in Scholis & Universitate Tubingenſi jacta, Bietigheimenſis Eccleſiæ Diaconus An. 1575. factus, biennio exacto Stuttgartiam ad Diaconi Spartam pervenit, ubi per gradus ascendendus An. 1579. Paſtor ad D. Leonhardum & An. 1582. Superintendens Specialis & Eccleſiaſtes in Xenodochio designatus, inſimul Adſeſſioni in celebri Judicio Stuttgartiano, quod Conſiſtorium dicunt, ubi cauſa ad matrimonia pertinentes diſceptantur, adhibitus. (a) Inde ad Ephoriam Eccleſiarum Generalem Vaihingam conceſſit, An. 1587. denique An. 1601. poſt Johannis Andreæ obitum ad Abbatiam Regiofontanam magna omnium gratulatione evectus fuit. Vir, qui licet in tenerâ ætate parentibus præmaturâ morte fuerit orbatus, ſtudiis nihilominus eo ardore incubuit, ut ab uno gradu honoris ad alterum feliciter progredereſſetur; qui in arte Medicâ Spirituali non minus feliciter verſatus, quam Pater & Patruicæterique agnati Galenicam illam tractârunt facultatem. (b) Variis morbis conſictatus aliquoties contra ſpem Medicorum Dei ope convaluit. Domestica ejus diſciplina, in quâ liberos educare ſolebat, Schola Pietatis appellatur à Parentatore, Joh. Magiro. (c) Debilis & infirmi corporis cum ſemper fuiſſet doloribus eluctatus eſt obitu exoptato d. 6. Auguſti, An. 1602. ætatis 49. in Cœnobio Regiofontano ſepultus, quem funebri Oratione ex Plalm. 34.

20. pro-

(a) *Henr. VVelling. in Mæglingide, p. m. 13.*

(b) *VVelling. Orat. citat.*

(c) *Conc. Funibr.*

20. p.
dens
chior

Wilb

Vt

Audiit

Bt

Præc

Q

Senju

Ha

Exiit

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

O

20. profecutus est Johannes Magirus, Superintendens Göppingensis. Vitam carmine descripsit Melchior Schärer, Stuttgart. Pastor Widernensis.

*Wilhelmus dormit tumulo Möglingus in isto
Vita post menses actaque lustra decem.
Audiit aetates binas hunc sacra docentem
Bietica: dein Stuttgart Metropolisque decem
Praeconem, excepitque illum tria lustra Vahinga
Qua fluit undanti purus Anisus aquam.
Sensit equos juncti novies vix Cynthia Phœbi,
Hujus dum tenuit sceptrum decora loci.
Exiit è vitâ placide; tellure quiescunt
Ossa: Sed ad Superos mens pia feciliter.*

Ex Conc. Funer. citat.

ANSHELMUS HAGENLOJUS, *Nat. 1554. ex Superintendente Ratisbonensi Cl. 1590. Præpositus Denckendorffensis & Generalis Ob. 1634.*
lis Superintendens, Zodiacum vitæ ingressus est Böblingæ d. 19. Martii, An. 1554. Patre, Viro Consulari, ejusdem nominis, Matre, Catharinâ Weileria. Eximiæ indolis indicia prodens Scholæ patriæ, A. 1568. Collegio Blabyrensi, deinceps Herren-Albenſi, porro Maulbronnenſi, denique Stipendio Theologico Tubingenſi inſertus an. 1577. Magiſter Artiũ creatur & 1578. Repetens lectionum Aſtronicarum. Triennio in Academiâ feliciter exacto 1581. Diaconia Leobergenſi admove-
tur, ex quâ nondum elapſis octodecim ſeptimanis ob Zelum & dexteritatem in Officio, Paſtoratui Stuttgardiano ad D. Leonhardum & An. 1586. De-

U 3

cana-

canatui Lauffensi præfectus, An. 1591. Serenissimi Principis Ludovici indultu ab Imperiali Civitate Ratisbonensi in Superintendentem & Pastorem adoptatur. Cui gravissimo Muneri Septendecim annis præfuit. An. 1608. in Patriam, fatis sic ferentibus, revocatus, Decanum Waiblingensem egit usque ad annum 1628. quo Præpositura Denckendorffensis cum Superintendentiâ Generali illi fuit collata; Eo in loco bis exilium passus, nempe 1629. per Edictum Cæsaris de restitutione Monasteriorum & 1634. post cladem Nördlingensem, Eßlingam secessit, ubi etiam miseriarum finem invenit. Nuptias celebravit 1581. cum Magdalenâ, Johannis Hæßleri, Consulis Böblingensis filiâ, quâcum 54. integros annos vixit, undecim fœcundâ liberis, tribus tantummodò Patri superstitibus. Theologus erat extra controversiam solidè doctus, circumspectæ prudentiæ & intrepidi animi, qui diversis Comitibus ejus ætate habitis, coram inclyto Imperii Consessu officio suo cum laude functus est. (a) An. 1601. Colloquio Ratisbonæ instituto, non solum adfuit, verum etiam præviâ Concione præsentibus Serenissimis Principibus utriusque Religionis, Argumentum de infallibili Controversiarum Judice ex Evangelio Matth. XXII. præclarè & luculenter pertractavit, (b) Sed nec minori patientiâ insignis erat, cum & conjux infirmiori valetudine uteretur, & ipse anno ætatis climacterio maximo, visûs beneficio penitus orbaretur, quem tamen felicitis cujuspiam Ophthalmici operâ recepit, ut per 18. annos in ultimam senectû-

(a) *Gonc. Fun. p. 27.*

(b) *G. Serpilii Epitaph. Ill. Vir. p. 65.*

nectu
opti
Prog
de ca
vang
fuer
mor
bicu
quan
te s
quâ
& ca
insta
Nov
Com
bias
v. 7.

E

Vale
s

A
nast
nis
ubi

neſtutem usque ſat accuratè cerneret. Quantas optimo Viro famoſus ille J. Paulus Windeckius, qui Prognostica futuri ſtatus Eccleſiæ vulgaverat, eaque de cauſâ ab Hagenlojo anno 1603. in Concione Evang. ex Matth. XX. de Vineâ Domini refutatus fuerat, moleſtias creaverit, B. Wagnerus commemorat. (c) Magno in pretio à Ratiſbonenſibus habitum vel exinde patet, quod in Valedictoria ſua, quam Celeb. Serpilius laudat, profeſſus fuerit: Plus ſe ſtrenarum loco Ratiſbonæ annuatim accepiſſe, quàm Waiblingæ habiturus ſit ſalarii. (d) Hymnis & cantionibus per totam vitam delectatus, canendo inſtar Cygni, viribus & vita defecit. Eſſlingæ, d. 26. Novembris, An. Ch. 1634. ætatis 80. Miniſterii & Conjugii, 54. Pro Concione illum laudavit Tobias Wagnerus, Cancell. Tub. è Verbis 2. Tim. IV. v. 7. 8. edit. Tub. 1636. 4. quam vide.

Scripta.

Eine Chriſtl. Predigt zu Eingang deſſ Collo-
quii zu Regenspurg gehalten / auß Evang.
Matth. XXII. Regenspurg / 1601. 4.
Vale - Predigt zu Regenspurg gehalten / Manu-
ſcripta.

ANTONIUS VARENBUHLER, Nat. 1555.
S. Theologiæ Doct̃or & Abbas Mo- Cl. 1590.
naſterii Hirſovienſis Evangelicæ Religio- Ob. 1591.
nis quartus, patriam habuit Tubingam,
ubi Anno 1555. natus erat parentibus Nicolaô Va-
ren-

U 4

- (c) Poſſib. Textual, P. IV. Dedic.
(d) Serpil, l. cit.

renbühlerô, Juris - Consulto & Professore Universitatis celeberrimo, & Regina Walteria, Patricia Augustana, quæ cum Marito suo Anno 1597. memorabili solennitate Jubileum matrimoniale celebravit. (a) Ex his tam splendidis natalibus de illius Indole & educatione felici haud dubia nascitur conjectura. Unde cum studiis à Parentibus & quidem Theologiæ consecraretur, Scholis Trivialibus superatis illico in Stipendium Ducale receptus, & post assumptos more consueto Philosophicos honores An. 1576. ætatis 21. Diaconiæ Tubingensi admotus fuit; qua per octennium feliciter administrata, in Aulam à Serenissimo Principe Ludovico adscitus, Concionatorem suo tempore percelebrem, & Consistorii Ecclesiastici Adlesorem dexterrimum toto quinquennio egit. Assumpto An. 1585. Doctoris Theologiæ Titulo, ob adversam valetudinem Abbas Hirloviensis postobitum Joh. Parsimonii, 1689. factus est. Matrimoniali vinculo sibi junxerat Sibylam Johannis Fischleri, Medicinæ Doctoris & Professoris Tubingiaci Filiam. Theologus fuit insignis, & Concionator celebris, cujus multiplicem eruditionem, pietatem excellentem, raram humanitatem & virtutes alias plurimas deprædicat Erhardus Cellius. (b) Jac. Heerbrandi judicio dignus erat, qui Ecclesiis & Scholis diutius profuisset. (c) Officii suis præclarissimè summoque omnium cum præconio functus, gravique diu morbo conflictatus, piè in Christo ex hac vita discessit Anno 1591. die

(a) *Orat. Funebr. Er. Grüning. hab. p. 37.*

(b) *In Orat. fun. Joh. Brentio Juniori dicta. p. m. 48.*

(c) *Vid. Præf. Conc. funebr.*

die 7. Maji, ætatis 37. (d) Concionem funebrem habuit Joh. Elthofer Superattendens Calvensis ex Sap. 3. v. 1. 2. 3. Orationem in Academia Tubingensi Erhardus Cellius, Oratoriæ Professor.

Scripta.

O Ratio funebris de Virtutibus Viri Incomparabilis D. Jacobi Andreæ Cancellarii, habita in Cænobio Hirsaugiensi, extat in Fama Andr. Reflorescente p. 329.

Bericht auf M. Sebastian Glaschen von Mannsfelder und anderer Davisten Vorträgen der Tisch-Reden Lutheri, Tübingen/ 1585. 4.

Hochzeit: Predigt über Sebastian Schaveliski und Benignam Griesheim, 1585. 4.

CASPARUS LUCIUS, Serenissimi Nat. 1555. Wirtembergiæ Ducis Consiliarius Cl. 1595. & Abbas Alpirspacensis vitam incepit Ob. 1609. Stuttgardia, Anno 1555 Patre Casparo, Poligrammateo; Matre ex familia Degenorum. Fundamenta bonarum artium jecit in Pædagogio Stuttgardiano ea quidem Indolis & profectuum præstantia, ut omiffis Scholis Claustralibus anno ætatis 15. in Academiam Tubingensem & Stipendium Illustre fuerit receptus. Anno 1573. summos Philosophiæ honores ordine quintus impetravit. Anno 1576. Pastor Lustnaviensis propè Tubingam ordinatus, Libro Concordiæ subscripsit. Anno 1582. Mercklingam promotus omnium Auditorum

U 5

(d) Aug. Brunni Lib. Synopt. p. 24.

torum Amorem singularem sibi conciliavit. Anno vixdum exacto Montis-Peligardum ad Ecclesiasticis Aulici & Inspectoris Ecclesiarum munus vocatus usque ad annum 1594. illud administravit. Quo in patriam reductus ab initio Decanatum Sulzenlem, & biennio post Waiblingensem, denique 1608 die 1. Maji, Abbatiam Alpirspacensem consecutus est. In thalamum assumptus, An. 1576. Magdalenam, Alexandri Winteri, Victoris Aulici Stuttgardiani, filiam, & susceptis 12 liberis quatuor reliquit. Vir pius & doctus, qui 1586. Colloquio Mompelgardensi & 1587. Badensi, Notarium utrobique agens, interfuit. In reditu ex posteriore Conventu vitæ discrimen ob aquarum inundationem adiit. Waiblingæ, An. 1596. tres liberos peste amisit, duobus uno tumultu sepultis. An. 1607. luem feralem denudò grassantem Dei quidem beneficio evasit; Sed tamen elapso biennio doloribus colicis exhaustus, repetita juxta Librum Concordiæ Confessione, plenus solatij sermonis & fiduciæ in Servatorem suum ipso festo Paschatos, animam Deo reddidit, d. 16. Aprilis 1609. ætatis 54. Ministerii 33. Concione Parentatoria laudatus à M. Johanne Georgio Volmaro, Pastore Alpirspacensi, ex Symbolo ejus Ps. CXVIII. v. 17. Scripsit varia quæ in Bibliotheca Classica recensentur.

Scripta.

Die Predigt vom Jüngsten Gericht / Luc.
XXI. 25. 26. Tübingen/ 1583. in 4.

Christl.

Christl. Reb. Gärtlein / darinnen allerley Un-
kräutlein der Laster und Blümlein der Tug-
enden / Straßburg / 1584. in 8.

Christl. Echo von den fürnehmsten Haupt-Pun-
cten Christl. Religion / Straßburg / 1586.
in 4.

Geistliche Käst. Kammer / von Sprüchen / Hi-
storien und Exempeln Heil. Schrift / dar-
auß in jeziger Kriegs. Zeit und Verfolgung-
en Wehr. und Trost. Lehre zunehmen /
Mömpelgardt / 1589. in 8.

Beschreibung eines Evangelischen und Cate-
chetischen Gesprächs eines Predigers und
Pfarr. Kindes / welches mit Ruh und Frucht
begehret zum Nachtmahl zu gehen / Möm-
pelgardt / 1589. in 8.

Alljährige Practic von glücklichen und unglück-
lichen Zeiten / oder Neu. Jahrs. Predigt zu
Mömpelgardt gehalten / 1589. in 8.

Tauff. Predigt / bey der Tauffe Herrn Philipp
Fridrichen / Fürsten zu Württemberg / Möm-
pelgardt / 1589. in 8.

Drey Predigten / deren die zwo ersten vom H.
Abendmahl / die dritte aber eine feine Weiß-
anzeige / wie man Vermög deß Catechismi
alle falsche Lehren prüfen solle / Mömpel-
gardt / bey Galert. in 8.

Welt. Spiegel / darinnen jeziger Welt elender
Zustand zu sehen / und dessen Ursachen zu fin-
den / Gesprächs. Weise fürgestellt / Möm-
pelgardt / 1590. in 8.

Cate

Catechismus: Kleinod / oder Erklärung des
Catechismi / Mömpelgardt / 1591. in 8.
Nürnberg / 1621. in 4.

Christl. Blum: Gärtlein von allerhand Zu-
genden / in seine unterschiedliche Ländlein
nach den zehen Gebotten eingetheilt / Möm-
pelgardt / 1591. in 12.

Leichpredigt über den Todt Herzog Ludewigs
zu Württemberg / auß 2. Chron. XXXV. 24. Tü-
bingen / 1593. in 4.

Valet - Predigt zu Mömpelgardt gehalten / auß
Act. XX. Tübingen / 1595. in 4.

Leichpredigt über Herrn Wolffgang Jägern /
auß Es. III. Tübingen / 1598. in 4.

Christl. Ritter / oder ein wunderbahrlicher
Kampff der Hölischen Bestien / wider einen
Evangelischen Christen / Mömpelgardt /
1599. in 8.

Christliche Upotect / darauf zur Zeit der Pest-
lenz allerhand Recipe zu nemen seyn / Franck-
furt / 1606. in 8.

Nat. 1554. **CHRISTOPHORUS STÄHLI-**
Cl. 1600. **NUS**, SS. Theologiae Doctor &
Ob. 1613. Ecclesiae Herrenbergensis Pastor, Vicina-
rum Superintendens, natales habuit Stutt-
gardiae An. Chr. 1554. ubi & literarum principia
sub Johannis Wackeri, Pädagogiarchae ductu hau-
sit. In scholas Claustrales & Stipendium Ducale
receptus felices in utroque Philosophiae & Theolo-
giae studio fecit progressus. Ministerium subiit pri-
mo Tubingae, ut Diaconus, ibique Jacobo Andreae
An,

An. Chr. 1590. exagonizanti adstitit. An. 1587. sub Præsidio Jacobi Heerbrandi pro licentiâ honores assumendi Doctoreos publicè disputavit, quibus paulò post plenè fuit ornatus. Inde Herrenbergensis & Dornstettensis Diœceseos Decanus constitutus, officio insigni cum dexteritate præfuit. Vir, ut è scriptis elucet, non indilertus, vitiis et censor sat acris. Mortalitem exiit, Anno 1613. ætatis 59. (a)

Scripta.

Seichpredigt über den Tod Herrn Abels Vinarii oder Weinling / Abbtß und Generalis zu Lorch / auß 2. Reg. XIII. v. 14. Tübingen / 1606. 4.

Brunst - Predigt über das vom Donnerstrahl angezündete Städtlein Dornstetten / auß Jerem. XVII. Tub. 1607. 4.

Seichpredigt über den Tod Herrn Bernhards Leyrers / auß dem 34. Psalmen / Tübingen / 1611. 4.

JOHANNES CEMENTARIUS, Cl 1600.
Superintendens & Pastor Ratisbonensis, natione Suevus, patriâ Wirtembergicus, domo, ut arbitror, Blabyrensis. Studia in Scholis, Monasteriis & Academiâ Patriæ cum aude profecutus, Verbi Ministerium subiit primum Tuttlingæ, ut Diaconus. Inde Fehlbacum ad Parochiam pervenit; Deinceps verò ab Ordinibus Austriæ Linzium evocatus

(a) Aug. Brunnii Synops, p. 35.

evocatus Ecclesiastis Primarii Splendidum Munus aliquot annis gessit ; In Wirtembergiam reversus, Specialem Ecclesiæ Blabyrensis & Vicinarum Inspectionem obtinuit. 1608. Senatus Ratisbonæ Civitatis Imperialis, dexteritatis ejus famâ motus in locum Anshelm-Hagenloji, in patriam revocati, à Serenissimo Principe illum expetiit, quam stationem usque ad An. 1620. apprimè ornavit ; Denique ob virium imbecillitatem muneri se abdicavit & Sebastianio Hemmingero, Sympatriotæ lampada tradidit. Ipse in Patriam redux Blabyræ consedit, ibique fatis concessit post. An. 1620. Inter celebres Suevos eum refert G. Serpilus. (a) Scripta adducunt G. Draudius in Bibliothec. Clafs. & Ephraim Prætorius in Bibliotheca Homiletica. G. C. Maicelerus (b) Annagrammate non inconcinno Virum honoravit :

Johannes Cementarius

άναγε.

In eo Sacra mens venit.

*Si nescis IN EO, Lector, MENS SACRA Ministro
CONVENIT, ut concurs vitæque voxque fiet.*

Scripta.

Das Leben und Sterben des elenden Menschen/ Solothurn/ 1568. in 8.

Bericht von dem schweren immerwährenden Streit / zwischen drey gewapneten/ nemlich/ zwischen

(a) *Epit. Theol. Sueb. p. m. 65.*

(b) *Libr. 1. Anagr. p. 19.*

zwischen dem Menschen / dem Teufel und
zwischen Gott. Item : Was eigentlich
die Ursache sey / daß viele Menschen sich selbst
entleiben / Basel / 1570. in 8.

Nachfolgung Christi / wie man sich aller Eitel-
keit dieser Welt entschlagen soll / Basel / An.
1583. in 8.

Der Geistl. Kauffmann / wie man dem köstli-
chen Perle der ewigen Seeligkeit solle nach-
jagen / auß Matth. XIII. v. 45. 46. Basel bey
Ludewig König 1583. in 8. 1612. 1614.
in 12.

Leichpredigt über der Leich Herrn Gundackers
von Stahrenberg auf Peyerbach / d. 19. Sept.
1585. zu Ling im Land: Hauß gehalten / auß
Ps. I. v. 1. -- 4. Tübingen / 1586. in 4.

Leichpredigt über dem Tod Friderici Lagi, Med.
Doct. auß Syrach. XXX/III. v. 35. Tübingen/
1594. in 4.

Leichpredigt über M. Ludwig Schopffen / Theol.
Studios. zu Blaubeuren gehalten / auß 1. Cor. X.
13. Tübingen / 1607.

Leichpredigt über dem Tod Judithæ, M. Jacobi
Holderi, Kloster-Præceptoris Eh. Frauen / auß
2. Cor. V. Tübingen / 1607. in 4.

JOHANNES GEORGIUS SIG- Nat. 1554.
WARTUS, SS. Theologiae Doctor Cl. 1600.
& Professor in Academia Tubingensi Or- Ob. 1618.
dinarius, Superattendens Ducalis Stipen-
dii Primarius, Winnendam cum Sympatriotis Ægidio
Hunnio & Polycarpo Lysero illustravit ortu suo die
16. Octo-

16. Octobris 1554. Parentes ejus erant Michael Sigwartus, oppidi Consul & Margareta Grünningeria. Ad ludum literarium ductorem habuit Hunnium ætate & literarum notitiâ paulò provectiorem, discendi tamen cupiditate æqualis æqualem. In Scholas Claustrales, Lorchensem & Adelbergensem, successu temporis, & An. 1576. in Stipendium Illustre, quod Tübingæ est, receptus assumtis utriusque laureæ honoribus, studiorum felicitate coætaneos longè superavit. Unde non solum Repetentis Characterè ornatus, sed & Samueli Hailando, Philosopho, Collega datus, vices ejus in lectionibus & dirigendis Disputationum Exercitiis subinde obiit. An. 1584. ad Diaconiam Tübingensem promotus triennium haud integrum compleverat, cum defuncto Theodorico Sneyffio D. in Ecclesiæ Tübingensis Pastoratu & Vicinarum Inspectione, nec non in Cathedra Professoriâ, Theologiæ Doctoris gradu accepto succederet, quo in officio inter alia præclarè gesta Ecclesiam Boltringensem, habitâ ibi multo cum fructu Concione primâ, reformavit à Papatu An. 1599. de quo sibimetipse impensè fuit gratulatus. (a) Post fata Jacobi Heerbrandi Superattendens, Stipendii Superior & Ecclesiæ Decanus declaratus est, eique Spartæ immortalis. In matrimonium duxit Margaretam, Jacobi Cappelbecii, Juris - Consulti & Professoris filiam, ex quâ vidit filios decem, Sex filias & Septem Nepotes, ex quibus 5. filios paternarum Virtutum æmulos, & tres filias reliquit superflites. Erat Tübingensis Scholæ magnum decus

(a) *Ap. Serpilium, Epitaph. Theol. Sneyf. p. m. 58.*

cus & ingens gloria, teste Cellio; (b) Theologus tantæ eruditionis, ut cum adhuc in Stipendio versaretur ut Repetens, magnus ille Theologus Jacobus Andreæ, judicium ejus in gravibus controversiis non rarò cum fructu exquisiverit. (c) Celebrem eum reddiderunt disputationes in Augustanam Confessionem, & in omnes fidei Articulos, per aphorismos seu theses nervosè admodum concinnatæ, quæ per integrum Seculum eam in Wirtembergiâ Authoritatem obtinuerunt, ut in Conventibus Exercitatoriis, quos Ministri Ecclesiæ, cujusvis Dioceseos, quotannis bis vel ter frequentare jubentur, pro regulâ fuerint disputantibus. Enimverò ante paucos annos introducto Magnif. Domini D. Jægeri Cancell. Tubing. Compendio, istarum usus exolevit. Calamum Sigwartus peculiariter strinxit adversus Pareum, non tantum Corruptionum ejus, quas in Bibliis Neostadiensibus ediderat, sed & Irenici refutatione, cujus fucum graphicè aperuit, detexit atque deterfit, editâ Admonitione proluxâ & gravissimâ, quam adeò ægrè tulit Pareus, Professor Theologus Heidelbergensis, ut in Oratione quadam Inaugurali, d. 11. April. 1616. habitâ Sigwartum acerbè admodum & iniquè traduceret, scriptum ejus vocans hecatomphylon, centifolium, das grosse Buch von Tübingen/ plastrum chartarum & nugarum, Suevicâ loquentiâ turgidum, præter garrulam dicacitatem & Coccysmos, item argutias futes & calumnias multoties protritas, nil quicquam ad rem proferens. Responsum Sigwartus illico adornavit vicario quidem

X

(b) *Icom. Prof. Tubing.*

(c) *Progr. Univ. Tubing.*

dem M Danielis Efferheni, Diaconi Uracensis, calamo. (d) Rationes tum Sigwarti, tum Parèi compendio recenset Dominus D. Jägerus lectu dignissimas. (e) Cæterum Sigwartus egregium in doloribus patientiæ exemplar & in laboribus constantiæ & assiduitatis nobile documentum se exhibuit. (f) Ab adolescentia enim jam tum Lorchæ variis morbis, hemicrania videlicet, & febri quotidiana, Adelbergæ tertiana laboravit, cujus extrema hydropis initia minitabantur, iisque depulsis in quartanam paulo post in venenatum delapsus est morbum, sed temperantiæ continentiæque moderatio Vires invalidas sedulitati indefessæ pares effecit (g) Tandem cum valetudine minus firma per totam vitam fuisset, usus acidularum frustraneus lipothymiam ipsi d. 2. Julii, ipso in templo creavit, atque lecto emortuali affixit. In quo post 14. hebdomadam decursum Rectoratus Munere quarta Vice ornatus piè decessit. d. 5. Octobris, An. 1618. ætatis 64. Ministerii 34. Oratione Funebris & Concione, illum prosecutus est Matthias Hasenrefferus Cancellarius Tubing. quas excerptis P. Freherus. Epitaphium conspicitur Tubingæ in Templo Georgiano, sequentia continens Elogia:

D. O. M. S.

(d) *Caroli Memorab. T. I. p. 411. seq.*

(e) *Hist. Eccles. Dec. II. Libr. IV. cap. 2. pag. 153. seqq. edit. 4.*

(f) *Jubileum Acad. Tub. II. p. 103.*

(g) *Ereb. I. 6. p. 398.*

D. O. M. S.

Si in sermone meo permanseritis, verè
discipuli mei eritis. Joh. 8. v. 31.

Christo Sacrum.

JOHANNES GEORGIUS SIGWARTUS, natus Winendæ Anno 1554. d. 16. Octobris, Diaconus Tubingensis ab An. 1584. à quo ibidem Pastor usque ad 1618. quos inter 34. annos Doctoris titulum accepit, Vicinarum Ecclesiarum Specialem, Academiae Professore, & Senatorem Universit. Deputat. tandem Ecclesiae Decanum & Stipend. Superintend. egit. in quibus officiis quàm pro Concione, sincerus & gravis, erga Ministros humanus dexterque, erga studiosos mansuetus, pro lectione planus: in Scriptis nervosus, contra Adversarios sagax, in negotiis Acad. circumspectus, inque omnibus candidus & apertus fuerit, docent scripta, testantur boni. In conjugio cum Margareta, Jacobi Cappelbeccii, Juris-Consulti Filiâ, Annos 33. vixit patificè; tandem in Rectoratus Officio quartum

X 2

tum

tum sibi commisso, cum vidisset Filios
X. Filias VI. Nepotes IV. Neptes III.
obdormivit placide d. 5. Octobris, An.
MDCXIX, cum vixisset Annos LXIV.

Johannes Georgius Siegwartus

ἀναγρ.

Na gregis Jovis gnavustutor es!

Distichon προσωμαστικὸν Erhardi

Cellii, Prof. Tub.

*CHare Deo Cultor Verbi Cælestis agrorum,
VINCES, expecta; præmia digna feres.*

De Vita & Scriptis evolvi possunt H. Witten, in
Diar. Biograph. ad An. 1609. Königius in
Biblioth. p. m. 753. G. Draudius Biblioth.
Classica. Ephraim Prætorius in Bibliothec.
Homilet. Freherus, Carolus, Serpilius supra
citati, quibus adde Aug. Brunn Synopt. Lib.
p. 73.

Scripta.

*Disputationes in Augustanam Confessionem, Tubingæ,
1600. in 8. 1618. 8.*

*Disputationes XXIII. de omnibus Christianæ Religionis
Articulis. Ibid. 1603. in 8. Lipsiæ, 1555. in 8.*

*Admonitio Christiana de Irenico Parei, Tubingæ, An.
1616. in 4.*

Respon-

Respo
cle
Dispo

Dispo
in
Præle
Orat
Orat
on
A
10
Orat
J
Man
2
1
1

2An
t
t
t
t
C
3

Responsio ad Orationem Parei de Pace & Unione Ecclesiarum Evangelicarum, Tubingæ, 1617. in 4.

Disputatio de quadruplici statu hominis, lb. 1613. 4.

De indulgentiis, lb. 1617. in 4.

De Filio Dei incarnato, 1618. 4.

De Conditione Humanâ, 1618. 4.

Disputationes de Ecclesia in his terris militante, 1617. in 4.

Prælectiones in Cap. XXXII. Exodi.

Oratio de Speciali Vocatione Abrahami.

Oratio Theologica de questione: Utrum filius Dei pro omnibus in univ. Hominibus incarnatus, & ex Maria Virgine natus sit. Tubingæ & Francof. An. 1615. 4.

Oratio Secularis de Reformatione Lutheri, extans in Jubileo Acad. Tubingensis, Tubingæ, 1617. in 4.

Manuale * Locorum Communium, oder Hand-Büchlein der fürnehmsten Puncten Christlicher Lehre / Tübingen / Anno 1606. 1612. 1621. in 24.

* In linguam Gallicam conversum & impressum Montispeligiardi, 1515. in 24.

Antwort auf die wichtige Rettung M. Parei, betreffend die zu Neustadt 1587. nachgetruckte verfälschte und mit Calvinischen Lehren beschmeißte Teutische Bibel D. Martin Luthers. Samt gründlichem Bericht von den Calvinischen Irrthummen / so in ermeldte Bibel allbereit einlogirt sind / Tübingen / 1590. in 4.

Vierzehn Predigten auß 1. Corinth. XI. Cap. darinnen die ganze Lehre vom Heil. Abendmahl

mahl verfasst ist / Tübingen / bey Erhardo Cellio, 1600 in 4.

Eine Predigt von den vielfältigen Religions-
Streiten / und einiger Regul des Glaubens
auß Matth. XXII. v. 34. -- 46. Tübingen / An.
1601, 1602. in 4.

Eine Predigt vom Erdbidem / auß Luc. XXI. v. 11.
12. 13. 14. 15. Tübing. 1601. in 4.

Eine Predigt vom Reiffen / 1602. 4.

Zwanzig Predigten über 1. Cor. XV. Cap. von der
Auferstehung / Tübingen / 1602. in 4.

Eilff Predigten von dem Register der größten
Laster / auß 1. Cor. VI. Tübingen / 1603. in 4.

Vom Amt der Kirchen - Diener und Zuhörer /
Tübingen / 1609. in 4.

Präsentations - Predigt / bey der Präsentation M.
Georg Bogen-Ritters / Pfarrers zu Kirchen
Zellinsfurth / 1610. in 4.

Allgemeines Gebett der Christen / oder das H.
Vatter Unser in Eilff Predigten erklärt /
Tübingen / 1611. in 4.

Drey Predigten von den Haupt, Plagen und
Land-Straffen / als Theurung / Krieg / Pe-
stilenz / 2. Sam. XXIV. 11. -- 15. Franckfurt /
1612. in 4.

Predigt vom Hagel und Ungewitter / 1613.
in 4.

Von den Falschen Propheten Matth. VII. Tü-
bingen / 1614. in 4.

Leich-

Leichpredigten.

Leichpredigt über Blasium Ericum, Altdorff / An.

1582. in 4.

über Anna Maria Gerhardin, Tübingen / 1588. in 4.

über Statium Porchain, Tübing. An. 1589. in 4.

über Herrn Samuel Heyland / Philos. Professorem, 1593. in 4.

über Hans Burchardt von Anweil / 1593. in 4.

über Frau Regina Königin / 1597. in 4.

über Herrn Ernst Grafen zu Waldeck / 1600. in 4.

über Michael Demlern / J. u. D. und Hofgerichts- Assessorn, auß Ezech. XXXIII. 1603. in 4.

über Frau Brigitta / D. Gerlachs / Theol. Ehfrau / Tübingen / 1603. in 4.

über Frau Regina Wahrenbühlerin / 1603. in 4.

über Johann Bernhard Wahrenbühlern / auß Rom. VIII. v. ult. Tübingen / 1605. in 4.

über Sebastian Mockeln / 1606. in 4.

über Jacob Gögen / 1606. in 4.

über Frau Magdalena von Ehingen / 1607. in 4.

X 4

über

Reichpredigt über Georg Rudolph von Walz-
dorff / auß CXIX. v. 9. Tübing.
1607. in 4.

über Erhardum Cellium, Poëseos Pro-
fessorem zu Tübingen / auß Rom.
VIII. v. 18. 1607. in 4.

über Brink Joh. Georg / Herko-
gen auß Schleswig / 1613. in 4.

über Herrn Joh. Reichau / 1617.
in 4.

Manuscripa.

Commentarius in Genesin.

Expositiones Librorum Hiobi, Josua, Judicum, Sa-
muelis; Prophetie Jonæ, Actorum Apostol.

Explicatio Epistolarum ad Romanos, Corinthios, Ga-
latas.

Explicationes Catechismi, Evangeliorum & Episto-
larum Dominicalium. vide Caroli Memorab. loc.
citat.

Nat. 1554.

Cl. 1600.

Ob. 1622.

ALEXANDER WOLFHARDTUS,
Serenissimi Wirtembergæ Ducis
Consiliarius & Abbas Alpirspacensis, na-
tus est Waiblingæ; E familiâ hujus loci
tum temporis & propter Legatorum ad pias Causas
memoriam, etiamnum ibi durantem, notissimâ, An.
Chr. 1554. Pater erat Michaël Wolfhardt, Magi-
stratus ibidem Oppidani membrum primum:
Mater Agneta Hunnia, D. Ægidii Hunnii consan-
guinea. An. 1572. d. 26. Martii, post jacta fidei &
lite-

litera
dem
Aug
d. 8
mov
Hic
qui
fidei
aute
rare
omn
hibe
xit
titer
& P
mar
æsti
Pap
chia
An
tus
dex
cen
led
eru
Ma
He
Ma
ter
&
di

literarum fundamenta, Elslingæ Baccalaureus, Aca-
demiâ ob pestem ibi commorante, An. 1575. d. 10.
Aug. Tubingæ Magister artium creatus est. A. 1579.
d. 8. Octobris, Canistadium ad Diaconatum pro-
movebatur, ubi & Libro Concordiæ subscripsit.
Hic familiarem habuit Sacrificulum Oeffingensem,
qui Eum frequenter convenire & de Articulis sanctæ
fidei nostræ sermones conferre solebat. Invitabat
autem is aliquo tempore Wolfhardtum, ut sese visi-
taret cum pollicitatione: Velle se illi Thesaurum
omnem à se collectum & sibi admodum gratum ex-
hibere videndum. Cum igitur comparuisset, du-
xit Eum in conclave benè munitum, & arcâ, quæ for-
titer conclusa erat, reſerata, omnia & B. Lutheri
& B. Brentii opera egregiè compacta ostendit, affir-
mans: Holce suos esse thesauros à se maximi semper
æſtimatos. Abiit tandem missificus Tubingam &
Papatum resignavit. An. 1583. d. 9. Martii, Pa-
rochia Strümpfelbacensi Wolfhardto collata, quam
An. 1585. Mense Septembri Pastoratus & Decana-
tus Nurtینگensis est inſecutus. Quo per 24. annos
dextrè defunctus An. C. 1609. Abbatix Alpirſpa-
censi præfectus fuit, ubi & An. 1612. terrenis va-
ledixit, ætatis 75. Vir, A. Brunnio teste, (a) Pierate,
eruditione, Virtute ac Prudentiâ præſtantiſſimus.
Matrimonium iniit, Anno 1579. cum Eleonorâ,
Henrici Renzii, tum Præſulis ad D. Georgium &
Mariæ Græterix, (cujus genitor erat Casparus Græ-
ter, duorum Illuſtriſſimorum Principum D. Ulrici
& D. Chriſtophori Concionator Aulicus, qui viri-
di ſtolâ Eccleſiaſtica, (grünen Kirchen-Rock/)

X 5

ami-

(a) Synopt. Lib. in Dedic. Manuscripta.

amictus cathedram ascendere solitus,) filiâ. Ex quâ numerosam suscepit prolem. Inter filios Ulricum, Ludovicum, & Georgium Johannem. Johannes Ulricus Pastorem egit in pago Horcken propè Hailbronnâ. Vir devotus oppidò & Chymicus admodum industrius, qui vero, cum indubitata Spes esset lapidis Philotophorum adipiscendi, beatissimè obiit. Ludovicus Pastor erat in pago Wilensi ad Lapidem (Weiler zum Stein/) Diœceseos Marpacensis. Prorsus singulari modo præparavit hic cremorem Tartari & Aquam Vitæ; de quibus scriptum edidit, quod Experimentum Cremoris Tartari nuncupavit. Dedicatum erat Illustrissimæ Dominae Ducissæ, Ursulæ, Viduæ in Nürtingen, Anno 1633. Georgio Johanni autem prærogativâ Patriæ à fratribus binis præreptâ (tum temporis enim ægerrimè bini fratres recipiebantur in Ministerium) ex avito solocedendum erat. Studiis itaque Tubingæ in Stipendio Ficeriano, in quod propter Cognationem cum D. Michaële Ficklero, Camerae Imperialis Spiræ Advocato & Procuratore, sui temporis Famigeratissimo, intercedentem, receptus erat, absolutis, in Craichgoam, à Præ-Nobili Domino, Georgio Philippo à Fenningen, in Euchtersheim ad informandam prolem vocatus, An. 1625. eodem anno Parochiam quoque Euchtersheimensem obtinuit. Hocque in tractu tam à Nobilibus, quorum plurimi regionem istam, nempe Creichgoviam inhabitant, quam ab ignobilibus impensè honoratus atque dilectus, sed & mille calamitatibus bello tricennali vexatus tandem obiit, An. 1670. d. 11. Aprilis, cum prius horulam suæ mortis, quam accuratissimè

simè
M.
pidi
Col
gnit
ltri
num
iple
ris
han
ind
deb
Evo

Q

Lei

Lei

W

I

dia

ten

an.

&

simè significasset. Superstitem is reliquit filium,
M. Alexandrum Rudolphum, hodiè Pastorem Op-
pidi Megalo-Bottwariensis doctissimum, Dominum
Collegam, dum ibi Diaconum agerem, de me insi-
gniter meritum, surculum è stemmate suo in Illu-
stri hoc Ducatu ultimum, jamjam senescentem, An-
num quippe ætatis 68. ingressum & ad egressum, ut
ipse scribit, sese accingentem, viribus tamèn corpo-
ris & animæ hæctenus valdè adhuc vegetum; cui
hanc de Majoribus suis relationem memoratu non
indignam verbotenus, exceptis tantum paucissimis,
debemus. Deus T. O. M. optimum Senem &
Evchetam devotum conservet!

Scripta Abbatis.

Leichpredigt über Prinzessin Johanna Eli-
sabetha / Pfalz-Gräfin bey Rhein / Tübingen / 1601. 4.

Leichpredigt über den Tod Balthasar Müsche-
lins / auß 2. Chron. XXXV. An. 1608. in 4.

Leichpredigt über Frau Barbara von Blan-
kenhorn / auß Act. XVI. v. 11. 15. Tübingen /
1602. 4.

Predigten vom Salt / Matth. V. v. 13. Manu-
script.

DANIEL SCHROETLIN, ex Anti- Nat. 1556.
stite Cathedralis Ecclesiæ Stuttgar- Cl. 1600.
dianæ Abbas Adelbergensis & Superin- Ob. 1623.
tendens Generalis, natus est Derendingæ
an. 1556. d. 11. Julii Parentibus, Erasmo Pastore
& postea Generali Superintendente Vaihingensi,
& Clara

& Clara Matthæi Aulberi Theol. D. Filia. Amisso per præcoccia fata Patre nondum sexennis apud Avum, tum temporis Præfulem Blavifontanum, Informatione Præceptoris Claustralis aliquandiu gavisus, Pædagogium deinde Stuttgardianum, sub cura Joh. Enslini, Consistorii Directoris frequentavit, ex quo 1569 ætatis 13. inter Alumnos Ducales Blabyrensis, biennio post Bebenhusani Collegii, tandemque 1575. Stipendii Ducalis cooptratus Magistri titulum 1577. promeruit. Theologiæ studio eâ diligentia incubuit, ut anno 1579. Georgio Friderico Marchioni Brandenburgico in Borussiam iter facturo comes & præco destinaretur; Ascaniam itaque cum internuncio Marchionis profectus aliquoties audiebatur, sed omiſſa principis peregrinatione non sine honoratio rediit; unde mox 1580. ad Diaconi-
 am Vaihingenſem, & ex ea ad Pastorum Bauſchlattenſem in Marchionatu Durlacenſi, porro 1585. d. 9. Febr. ad Decanatum Schoradorffenſem an. 1586. ad Stuttgardianum promotus; anno 1596. Luæ Oſiandro ad Præſulatum Adelbergenſem translato ſuccedens, Eccleſiaſtis in Eccleſia Stuttgardiana Cathedralis, connexamque Conſiliarii Ducalis in Senatu Eccleſiaſtico ſpartam adeptus, uſque ad 1606. Stationem ornauit, quo conſimiliter ad Abbatias traductus ab initio Alpirſpacenſem, deinde verò anno 1608. Adelbergenſem cum Episcopia trauſiſſus Generali, & ſeſſione in Conſilio Provinciali Interiore obtinuit. (a) Connubium altera vice iniiit, primò cum Jac. Schroppii, Abbatis Muli-
 fontani Filia, ex qua 16. annorum ſpatio 3. Filios & 5. Filias

(a) Aug. Brenzii Synops. p. 39.

5. Filias suscepit. Secundò 1598. cum Anna, quæ Septena prole Parentem fecit ; Singulari iudicio & prudentia, consiliorumque dexteritate valuisse scribitur. Appropinquante Senio variis morbis, aurium videlicet tinnitu & vertigine obrutus terrena reliquit, d. 17. Decembr. 1623. ætatis 69. Schorn-dorffæ in Templo sepultus. Concionem exequialem habente M. Joh. Huzelino, Superintendente Schorn-dorffensi ex Dan. 12. versu ultimo. In Obitum, ejus S. C. Maiclerus, Poëta Laur. sic ἐπιγραμμα-τίζει.

Heu! moritur Daniel! quis nunc per jurgia Vindex
Arguet ac falsi crimina discutiet?
Assertor veri, recti defensor & æqui,
Atque pudicitie quis modò testis erit?
Qualis enim Persis quondam fuit ille Prophetes
Talem inter SUEVOS hunc quoque fama tulit. (b)

Scripta.

Valet-Predigt zu Stuttgardt gehalten / Amos 9.
Stuttgardt / 1607. 4.

Leichpredigt über Annam von Engelshofen / An.
1595. Füb. 4.

JOHANNES MAGEIRUS, Abbas Nat. 1560.
Bebenhusanus, Generalis Superinten. Cl. 1600.
dens & Senatus Provincialis in Consilio O. 1626.
Secretiore Adfessor, Præpositi Stuttgar-
diani supra laudati ex Anna Frisia, priori conjuge,
filius

(b) Epigramm. Libr. II. p. m. 44.

filius in cunis vagire cepit Stuttgardiaë, ubi d. 22. Aug. A. C. 1560. baptismi lavacro initiatus. Literarum primitias Vaihingæ partim in Scholâ, partim Maulbronnæ in Collegio Alumnorum, sub Inspectione Patris, ibi Superintendentem Specialem & Generalem, hic Abbatem agentis libavit. Solidiorem verò linguarum & Philosophiæ Cognitionem in Academia Tubingensi & Stipendio Ducali hausit, studiosorum Albo anno 1579. insertus. Consuetis honoribus Philosophicis redimitus Verbi divini opsonia, & verioris Theologiæ lautitias degustare cepit, in Repetentium, quos vocant, numerum cooptatus. Inde suis paternisque meritis suffultus per gradus officiorum legitimos ad summas in hoc Ducatu dignitates adspiravit. Ministerium quippe ingressus, Herrenbergæ ut Diaconus An. 1584. Exactoque biennio Stuttgardiam vocatus Diaconatum primò, dein Pastoraturn ad D. Leonhardum administravit. Inde An. 1589. Backnangam ad Antistitium, & post novennium An. 1598. ad Episcopiam Dioceseos Göppingensis Specialem pervenit. Quam triplex Infula ordine quæque suo subsecuta est, videlicet Anhusana. An. 1609. Denckendorfensis anno 1612. tandemq; Bebenhusana an. 1619. d. 14. Febr. cum Sessione inter Ordines Provinciales in Selectiori Senatu ut plurimum connexâ. In thorum adscivit Juditham, Marci Aulberi, Pastoris Beinsteinensis filiam Anno 1584. d. 7. Novembr. Honorificam ejus, sed paucis mentionem injicit Clar. Serpilus Epitaph. Th. Suev. p. m. 47. Elogia Viri Epitaphium Bebenhusæ in Templo extans hisce verbis adumbrat:

D. S.

J
fess
tem
den
Pat
sti
nan
nas
si B
inse
Jun
cui
tur

SE
f

Ere
2
b

D. S.

IOHANNES MAGEIRUS, Cœnobii hujus XXXIII. sed Augustanæ Confessionis VII. Abbas, Consiliarius Wirtembergicus & Generalis Superintendens, Pietate Virtutibus & Meritis in Patriâ Clarissimus. In Ecclesiæ Christi Herrenbergæ. Stuttgartiæ. Backnangæ & Göppingæ Tribus itidem Monasteriis. Anhusano. Denckendorffen. Bebenhusano XLII. Annos magnâ fide inserviens Piè tandem obdormivit XI. Junii, A. Ch. MDCXXVI. Ætat. LXVI. cui Deus beatam Resurrectionem largiatur.

Conf. Bruñnii Synopt. Libell. p. 78.

Scripta.

Reichpredigt über Herrn Raban von Liebenstein / Phil. I. Tübing. 1600. 4.

über Joh. Andrea / Abbt zu Königsbronn / 1602. 4.

über Wilhelmum Mögling, Abbt zu Königsbronn / auß Ps. 34. 20. Tübingen / 1602. in 4.

Ereue Warnung für dem Calvinischen Weg Weiser Georg Hansfelds zu Bretten / Tübingen / 1592. in 4. Patris nomine exaratum.

GEOR-

Nat. 1560
 Clar. 1600
 Ob. 1616.

GEORGIUS VITUS, SS. Theologiae Doctor & Abbas Anhusanus, Serenissimi Wirtembergiae Ducis Consiliarius, spiritum vitalem primum hausit Mezingae, oppidulo infra Uracum sito (a) A. 1560. Literas cum partim in trivio, partim in phrontisteriis Monasticis & Academia Tubingensi didicisset, Ministerium verbi divini subiit Nuringensi in Ecclesia, cujus An. 1587. Diaconus fuit ordinatus. Inde ad Parochiam Lustnaviensem & Vicinarum Inspectionem promotus anno 1596. paulò post summos in Theologia honores impetravit. Laboribus ibi per Sexennium exantlatis Gröningensis Ecclesiae & Dioeceseos gubernationi admotus, tandem Danieli Schrötlino in Antistitis Cathedralis & Adfessoris in Synedrio Stuttgardiano Splendidissimo Munere Anno 1606. successit. Biennio tamen vix peracto Lauffam, nescio quâ de causâ, ad istius Ecclesiae Regimen translatus est; denique An. 1610. Insulâ Cœnobii Anhusani redimitus cum familiam eò transulisset, urgente mox corporis inbecillitate clementissimo Principis, Johannis Frideri permissu, Stuttgardiam cum suis reversus, reliquum vitae in ædibus, quas ibi possidebat proprias, exegit. (b) In matrimonio secundo habuit Rosinam Balthazaris Biddembachii, Præpositi Stuttgardiani, filiam, antea Johanni Schophio nuptam, ex quâ Eberhardum, Pastorem Ensingensem factum, sustulit. Vir non minus eruditus, quam laboriosus, qui scriptum Bibliothecarum

(a) Brunni Syn. p. 52.

(b) Gabelcoviri Chronicon Stuttgard.

rum Harmonicum magna cum industria & metho-
do singulari adornavit, celebrium Scriptorum nume-
ro adscriptus à G. M. Königio. (c) Nonnullorum
vel æqualium, vel superiorum odiis exercitatum fuisse,
non vanis indiciis colligimus. Vivis excessit non
invitus Stuttgartiæ d. An. 1616. De Scriptis conf.
Draudius.

Scripta.

Doctrinale Bibliorum Harmonicum, Lauinge, An.
1613. in fol.

Schwanen - Gesang / oder CXXII. Predigten
über die Epistel an die Römer von Balthas
Bidenbach/ Probst zu Stuttgart gehal-
ten/ Franckfurt/ 1615. in 4.

Leichpredigt über Jungf. Künigunda Margareta
Hoffessin, auß Sap. IV. Lauingen/ 1612. 4.

JOHANNES REICHARTUS, Nat. 1564.
Pastor Ober-Riexingensis, Reisthæ in Cl. 1604.
districtu Herrenbergensi natus An. Chr.

1564. Molitoris Rustici filius, & Augustini Brunnii,
sæpius memorati, ex Adelheidâ Grammerinâ pri-
vignus. Quem 5. annorum puerulum is à stivâ, ut
dicitur, divino auxilio & illustri adjutus subsidio ad
studia literarum & S. Ministerium, Tubingam in
illustre Stipendium traduxit. Ibi Magiltri titulum
adeptus Ministerium Ecclesiæ deinceps in Viculo Rieth
propè Vaihingam eò missus egit. Inde permissio-
ne & jussu Illustrissimi Principis Ludovici Baronum

Y

Lim-

(c) *Biblioth. Vet. & Novâ, p. m. 850*

Limpurgiorum semper liberorum Concionator Aulicus, duobus in locis Gulsbach & Ober-Roth/ per 11. annos factus est. Tandem in Ducatum revocatus Ecclesiæ Ober-Rixingensi præfuit anno 1615. Clarus aliquot Concionibus & Pœmatis. (a)

Nat. 1562.

Cl. 1601.

Ob 1625.

MELCHIOR VOLCIUS, ex Seniore Augustano Abbas Mulifontanus & Generalis Superintendens, in mundum prodiit Megalo-Bottwariæ in Wirtembergiâ An. 1562. Patre Christiano Volcio, Viro-Consulari; Literarum fundamenta cum feliciter jecisset in Schola patriæ, & Monasteriis Anhusæ, Adelbergæ & Bebenhusæ, Tubingam in Ducale Stipendium receptus Magistri titulum tertio inter 26. Competitores loco consecutus, Theologiæ se mancipavit totum. Officiis idoneus Præceptorem primò Bebenhusanum, deinde Diaconum Böblingensem quadriennio egit. Exin Parochus Ecclesiæ Wangenlis propè Stuttgardiam; porrò, circa annum 1591. Blabyrensis Oppidi Pastor & Dioceseos Superintendens ordinatus. Istihinc famâ florens Augustam Vindelicorum vocatus, ex Principis Wirtembergici concessione illius Ecclesiæ ad S. Annam Antistitium 12. annis gessit. (a) Anno 1617. in Patriam revocatus, Abbatiam Anhusanam, & biennio post Maulbronnensem cum Tetrarchia Generali & Sessione in Senatu Ordinum Provincialium Majore impetravit. Matrimoniali vinculo sibi anno 1588. sociavit Barbaram,

(a) Brunn. l. c. p. 86.

(a) Aug. Brunni Libell. Syn. p. m. 110.

baran
dentis
viter
ptis v
Gret
rium
muta
nister
land, l
quam
Pastor

Rixa o
Urb
Hanc i
Neu

De
to
an

N

M
A ten
Beber

(b)

baram, Wilhelmi Elenheinzii Specialis Superintendensis Böblingensis filiam, cum quâ 34. annis suaviter vixit, factus ex ea 12. Liberorum Parens. Scriptis variis contra Pontificios, præsertim Jacobum Gretserum; Conradum Vetterum & Georg. Pomerium Jesuitas inclaruit. (b) Vitam cum morte commutavit anno 1625. d. 9. Decembr. ætatis 63. Ministerii 37. Funeri parentavit M. Joh. Heinrich Wieland, Ephorus Knittlingensis, ex Psalmo 68. v. 20. quam vide plur. Epigramma M. Joh. Jac. Kneerii, Pastoris Schüzingenfis non inelegans sic habet:

*Rixa oritur, meus est Melior, vult Teccia tellus,
Urbs Augusta negans asserit esse suum.
Hanc interveniens rixam, dissolvit Jova,
Neutrius vestrum, sed meus, inquit, erit.*

De Scriptis conf. Biblioth. Classica & Ephraimi Prætorii Biblioth. Homil. Cenographium Maulbronnæ antehac, nunc Syndelsingæ suspensum, hæc habet:

NOSTRA CIVITAS IN COELIS.

D. O. M. S.

MELCHIOR VOLCIUS, Christiani, F. Bottvvarius Wurtemberg. A teneris Domi, Anhusæ, Adelbergæ, Bebenhusii, & Tubingenfi Academia

Y 2

inter

(b) Vid. Bibl. Class. 2, p. 27, 78, 79, & ipsius Scripta.

inter Princ. Alumnos pietate, moribus
& Literis, tam humanioribus quam sa-
cris egregiè excultus, cum post Magi-
sterii honores præclara dona sua pri-
mum in Bebenhusana Schola, Cœno-
bio suprà biennium Præceptor, mox
Böblingæ quadriennio Diaconus, post
Wangenheimii quadriennio Pastor,
inde Blabyræ novennio Superattendens.
Abhinc Augustam Vindelicorum mis-
sus, duodecennio Senior Ecclesiæ Jesu
Christi, voce, stylo & opere, maxima
fidei, industriæ & roboris laude probas-
set, in patriam revocatus, & Anhusano
quidem Anno 1616. decimus nonus,
huic verò Cœnobio An. 1619. quadra-
gesimus quartus, sed Reformati deci-
mus Abbas præfectus, Consiliarius
Princ. Wirtemb. & Superintendens Ge-
neralium unus constitutus; Denique
Patrii Sanctioris Senatus Collega Anno
1620. adjectus, officio suo undique ad
annum usque 1626. piè, rectè & cir-
cumspècte, pari doctrina & Exemplo
perfunctus, hujusque 9. Decembris,
ætatis 63. Ministerii 37. ad Deum beata
solutione rediens, Vir pluribus nomi-
nibus, meritisque Reverendus & Con-
spiciuus:

spic
Ban
jug
fusi
cor
nun
Mo
rius

PE
a
i
Zwo
lu
i
Ein
n
Ket
r
m
ri
fi
Ben
ti
fo
g
Ant
E
10

spiciuus: gratitudine & pietate Lugubri
Barbaræ Elenheinziæ quondam Con-
jugis, quacum prole duodenaria pië
suscepta, triginta octo annis sancta con-
cordia vixit, & superstitibus tunc sex,
nunc quatuor tantum liberis, hoc sui
Monumentum, tristeque bonis deside-
rium reliquit,

Scripta.

Pöschpredigt über den Tod *Hieronymi Baroners*,
auß 1. Buch Mos. XV. Augspurg / 1606.
in 4.

Zwey Predigten von der Pöpstlichen Geisse-
lungs-Procession, über *Esaia LIII* Tübingen/
1607. in 4. Augspurg/ 1607. in 4.

Eine Predigt vom Beruff der Kirchen: Die-
ner/ auß *Matth. IV.* Augsp. 1607. in 4.

Rettung der Predigt auß *Matth. IV.* vom Be-
ruff der Kirchen: Diener / wider den zusam-
men gestümpeltenkehr: Besem *Georgii Pome-
rii* eines Pöpstlichen Sycophanten / Franck-
furth/ 1608. in 4.

Bericht über eine hochwichtige auß den *VII. Ar-
ticul* Augspurgis. Confession gegründte Frag-
samt einem Gegen-Bericht / *Petri Varamundi*,
Ingolstatt/ 1609 in 4.

Antwort auf das falsch: genannte Evangelisch
Examen Fratris Marquardi Leonis, Lauingen/
1609. in 4.

Furia Jesuitica, à Jac. Gretsero & Conrado Vettero Jesuitis, contra *Prædicantes Augustanos* emissæ ac iisdem remissæ, in quibus proprio ipsorum Argumento capitalis criminis prædicantibus falso intentato convincuntur, simulque causa Cambilhonica explicatur nomine Augustani Ministerii! *Augustæ Vin-*
del. 1611. in 8.

Wuth und Eobsucht zweyer Jesuiten Jacob Gretfers / und Conrad Veters / darinn sie beyde einer den *Prædicanten* in Augspurg fälschlich zugemessenen hochsträfflichen That mit ihren eigenen Argumenten überzeugt / und zugleich die *Cambilhönische* Sache erklärt wird / Tübingen / bey Cellio, 1611. in 4.

Leichpredigt über Jacob Rüllich / auß *Num. XX.*
Anno 1612. 4.

Sechs Predigten von der Eheurung über *Ezech. XIV. 12 -- 14.* Augspurg / 1615. 4.

Zwo Ernd-Predigten über *Marc. VIII. v. 1. seq.*
Augspurg / 1615. in 4.

Valet-Predigt zu Augspurg gehalten über *1. Sam. XII.* Augspurg / 1617. in 4.

Manuscriptum.

Continua & immota Deductio Doctrinæ Lutheranae ex Patribus per omnia Secula; justus Tomus in folio An. 1621. absolutus & extans in Archivo Ducalis Consistorii.

Nat. 1563. Cl. 1600. Ob. 1627. PAULUS RUCKERUS, Abbas Hir-
lovianus Generalis Superintendens &
Serenissimi Consiliarius, vitam exorsus est
Kircho-Teccia 1563. d. 16. Jan. Patre Jo-
hanne,

hanne, Superintendente deinde Præposito Denckendorffensi, Matre Helena, Andrea Osiandri, Senioris, Theologi & Controversia de Justificatione notissimi, Vidua; quibus sanctè educatus pietatem omnium Virtutum Basin & Scopum didicit. Naturæ bonitate & felici ingenio præditus, fundamenta literarum sub Præceptore, Jacobo Weckerlino, jecit in Schola Kirchheimensi. Anno ætatis 12. examen subiens eos ostendit profectus, ut anno sequente An. 1576. in Cœnobium Bebenhusanum reciperetur. Anno 1577. æt. 14. Baccalaureatus, & 1581. Magisterii gradum consecutus. Anno 1583. vix vicennis Ecclesiæ operas jamdum præstitit Maulbrunnæ, Præfultis Jacobi Schroppii vices cum laude obiens. Ministerio plene immissus Bietighemii Diaconum, an. 1586. ætatis 24. deinceps Wiernshemii Pastorem, an. 1587. porro anno 1590. Iptingæ; mox anno 1591. Specialem Leobergæ, & anno 1595. Böblingensis Ecclesiæ Superintendentem egit per 22. annos; quibus elapsis Hirsoviensem Abbatiam & Sessionem in Senatu Ordinum Provincialium majore obtinuit. Conjugem duxit Magdalenam, Wilhelmi Elenheinzii Specialis Böblingensis Filiam unâ tantum prole fecundam, quæ mox emarcuit. Commendatur à Joh. Val. Andrea, discipulo quondam suo, qui eum ut patrem per omnem vitam luxit, ab eo impensè vicissim dilectus & anno 1620. d. 12. Martii, Ecclesiæ Calvinensi commendatus, à judicii maturitate, solidâ eruditione, peritia Musices Instrumentalis, facilitate conversationis, frugalitate & integritate vitæ, juveni promittuntur, lenitate & humanitate. Botanices studio, quam à Matre (mortuo Patre illius ad Pharmac-

macopæum Aulicum constituto annuo salario traducta) hauserat, pestis anno 1596. Böblingæ grassantis tempore Auditoribus insigni adminiculo fuit. Humanis tandem valedixit tussedine & catarrho exhaustus anno 1627 d. 9. Jan. Concione defunctum laudavit prædictus J. V. Andreæ tum temporis Superintendens Calvensis ex 1. Sam. 25. v. 1. addito Epitaphio, quod sic sonat:

PAULUS RUCKERUS, Johannis Filius, Kirchemio-Teccius Cœnobii hujus XXXVIII. sed reformati VI. Abbas. Principis Wirtemb. Consil. & Patriæ Antistes meritissimus, postquam Ecclesiæ Christi Maulbronnæ III. Bietigheimi I. Wernshemii III. Iptingæ I. Leobergæ. IV. Böblingæ XXII. & hic X. annis voce & exemplo, magna fide & dexteritate inservisset, Ministerii 44. Matrimonii XLI. ætatis LXIV. 9. Januarii, 1627. anno, vitæ simili placidâ morte obdormiens, atque huc ad lætum usque Tubæ Dei sonum depositus omnibus ordinibus maximum Sui desiderium reliquit.

*Sancta fides, viridis doctrina & candida Vita
Abbatis Pauli condita sunt tumulo.*

Vid. Conc. Funebr plur.

INDEX II.